AUTHOR:

ARNOLDS, JACOBUS

TITLE:

STUDIA METRICA DE POETARUM...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1913

Master Negative #

91-80391-16

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG91-B98345          Acquisitions     NYCG-LNF
Record 1 of 0 - Record added today
+
  ID:NYCG91-B98345    RTYP:a    ST:p    FRN:       MS:        EL:         AD:11-21-91
  CC:9668  BLT:am      DCF:?    CSC:?   MOD:       SNR:       ATC:        UD:11-21-91
  CP:nyu     L:lat     INT:?    GPC:?   BIO:?      FIC:?      CON:???
  PC:r      PD:1991/1913        REP:?   CPI:?      FSI:?      ILC:????  MEI:?   II:?
  MMD:      OR:     POL:     DM:      RR:          COL:       EML:      GEN:   BSE:
  040      NNC=|cNNC
  100 10   Arnolds, Jacobus, =|d1887-
  245 10   Studia metrica de poetarum Graecorum hexametro epico=|h[microform].
  260 0    Bonnae, =|b[s.n.], =|c1913.
  LDG      ORIG
  QD       11-21-91
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 12-31-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

STVDIA METRICA DE POETARVM GRAECORVM HEXAMETRO EPICO

DISSERTATIO INAVGVRALIS
QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
AD
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

JACOBVS ARNOLDS
COLONIENSIS

PROMOTVS DIE IV MENSIS MARTII MCMXIII

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MCMXIII

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT
FRIDERICVS MARX

PATRI MORTVO
MATRI CARISSIMAE

Prior pars.

De regula quadam metrica in Alexandrinorum poetarum hexametris epicis observata.

Cap. I.

Hexametrum poetarum Alexandrinorum a versu heroico Homeri cuius in universum sunt secuti auctoritatem, tamen in singulis normis artis metricae valde differre iam dudum inter omnes satis notum est[1]); docti poetae illius aetatis et praeter ceteros Callimachus regulas quasdam metricas, quibus elegantiam quandam fieri in versu putabant, sibi imposuerunt, qua de re Fridericus Beneke[2]), cum de elisione apud poetas Alexandrinos ageret haec dixit: „Es steht mit Sicherheit fest, dass bei den Alexandrinern, welche die geistige Armut ihrer dichterischen Erzeugnisse durch grössere Gesetzmässigkeit in der Form ersetzen zu müssen glaubten, zuerst eine Theorie der Metrik und Rhythmik sich ausbildete. . . . . Die einzelnen Dichter fingen selbst an, gewisse Regeln aufzustellen, welche nach und nach zu immer grösserer Beschränkung der früher gestatteten Freiheiten führten[3]). Einer der bedeutendsten Lehrmeister in dieser Hinsicht ist Callimachus." Et observatas

---

1) A. Rossbach, Spec. griech. Metrik, 1889, p. 49 sqq.

2) Fr. Beneke, Beiträge zur Metrik der Alexandriner 1883, p. 5.

3) cf. quae A. Rossbach l. l. p. 49 de hac re dicit: „In der Alexandrinischen Zeit gesellte sich zu der Fortleitung der . . . . . Veränderungen des heroischen Hexameters, die sich besonders auf den Gebrauch der Spondeen und der Hauptcäsuren bezogen, die Reflexion der Dichter, die zugleich Grammatiker waren und als Grammatiker sich neue Normen aus ihrem Sprachgefühl und dem Zeitgeschmack bildeten, denen sie als stabilierten Regeln in der poetischen Produktion mit bewusster Absicht folgten."

esse in Alexandrinorum carminibus leges quasdam metricas quae non valent apud Homerum primus quantum scio vidit atque demonstravit Guilelmus Meyer[1]); de his autem gravibus regulis aut de aliorum observationibus metricis hac in dissertatione agere mihi propositum non est, sed primum legem quandam metricam, quae nisi apud Alexandrinos nonnullosque poetas epicos posterioris aetatis non valet, proponam; tum de quattuor miris regulis quas in Nonni Panopolitani Dionysiacis adhibitas inveni breviter agam.

Regula metrica quam priore in parte hexametri Alexandrinorum observavi est haec:

Hexametri quorum alterius pedis arsis voce efficitur pyrrichia a verbo trochaico quod sequitur iambicum incipere non debent, sed prima versus pars usque ad caesuram semiternariam, nisi vox monosyllaba in primae sedis thesi posita est, una sola voce continetur vel compluribus quae sive elisione sive vocibus encliticis procliticisque sive alia ratione grammatica tam arte inter sese cohaerent, ut paene unum vocabulum fiant atque sentiantur.

Quo facilius cognoscas quid dicam nonnulla afferam exempla; lex observata est

Call. h. III 242 στησάμεναι χορὸν εὐρύν
„ h. IV 142 σείονται μυχὰ πάντα.
repugnat ei Call. h. VI 136 φέρβε βόας, φέρε μᾶλα.

Sed antequam de hac regula et de illis quattuor legibus Nonnianis paulo accuratius agimus, mihi dicendum est primum quidem, qui versus quamquam non abhorrent a regula, sint omittendi; nimirum sunt ii hexametri quorum caesura semiternaria aut incisio quae est post alterum pedem sive elisione sive vocibus encliticis procliticisque tollantur; ut exemplo utar, caesura semiternaria sublata est elisione Apoll. Rhod. IV 115 ποιήεντ' ἀνὰ χῶρον, Euph. frg. 68, 3 ἀγρώσσονθ' ἅμα πατρί, similia. Deinde ex iis quae supra dixi apparet eos versus qui praebeant

1) Meyer, Sitzungsb. d. Kgl. B. Akad. 1884 p. 980 sqq.

in caesura semiternaria vocem monosyllabam neque a verbis trochaico iambicoque neque ab uno solo vocabulo sive choriambico sive molossico incipere posse. Qua de causa hos versus, quippe qui in universum nihil habeant notabile, non omittam quidem, sed etiam in numero eorum versuum qui ex regula formati sunt non habebo. Quod ad particulas μέν, δέ, γάρ spectat quas esse voces semiencliticas nonnulli censent, ego quidem etiamsi haud ignoro eas cum vocabulis antecedentibus arte esse coniungendas, tamen non puto in numero encliticarum eas esse habendas vel cum verbis praecedentibus tam arte cohaerere, ut cum iis quasi in unum coalescant vocabulum.

Atque in Homeri eiusque sectatorum carminibus nostra regula nondum observatur; in primo enim Iliadis libro quo continentur 611 hexametri inveniuntur decem versus legi contrarii qui sunt:

10 νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε
118 αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίχ' ἑτοιμάσατ',
132 κλέπτε νόῳ, ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι
167 σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον,
310 βῆσε θεῷ, ἀνὰ δὲ Χρυσηίδα
371 ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας
384 πάντῃ ἀνὰ στρατὸν εὐρύν
424 χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα
464 αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη
516 ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν

Hymni Homerici et carmina Hesiodea item satis multos hexametros praebent qui ab hac regula abhorrent neque magni est momenti in Batrachomyomachia unum tantum versum inveniri contrarium (v. 48). Quae cum ita sint fragmentis epicis illius aetatis omissis statim nunc ad tractandos poetas Alexandrinos accedamus.

Cap. II.

§ 1. Incipiamus ab Arato ea de causa quod omnium diligentissime observavit hanc regulam; nam ne unus quidem versus exstat contrarius in eius Phaenomenis quin satis excusetur, cuius duo tantum versus huc pertinent:

v. 15 χαῖρε, πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ[1]) ex anaphorae figura satis magnam capit excusationem; accedit quod imitatione Homerica explicatur hoc vitium metricum: cf. Hom. θ 408 χαῖρε, πάτερ ὦ ξεῖνε (eodem versus loco).

v. 894 ἀμφὶ δέ μιν δύο λεπτὰ φαεινόμενοι φορέονται imitatione Homerica excusatur; persaepe enim Homerus verbis ἀμφὶ δέ μιν usus est initio versus; cf. Ζ 117 ἀμφὶ δέ μιν σφυρὰ τύπτε, Χ 473 ἀμφὶ δέ μιν γαλόῳ τε[2]); etiamsi vero in hoc versu auctoritatem Homeri secutus non esset Aratus, tamen offendere non liceret, cum verba ἀμφὶ δέ μιν sine dubio tam arte inter se cohaereant, ut seiungi nequeant.

Iam Arati versus in quibus observata est haec lex afferam:

17 μειλίχιαι, μάλα πᾶσαι
46 εἰλεῖται μέγα θαῦμα
70 δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον
117 ἀλλ' ἔμπης ἔτι κεῖνο
128 εἰς αὐτὴν ἔτι πάντας
198 Ἀνδρομέδης ὑπὸ μητρί
237 εὑρέσθαι περὶ γάρ
287 μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνί
354 Ἀνδρομέδην μέγα Κῆτος
392 δεξιτερῆς ἀπὸ χειρός
395 ἐν δέ σφιν δύο μᾶλλον
410 εἰναλίου μέγα σῆμα
429 ἀλλήλους ἐπὶ νηΐ
533 ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα
548 Ὑδροχόος, δύο δ' αὐτόν
558 ἀρχομένης ἀπὸ νυκτός
670 ἀντέλλει τότε μὲν περάτης
705 Ἀνδρομέδης δίχα πάντα
749 ἠέλιος μέγαν ὄγμον
750 ἐμπελάει, τοτὲ μέν
752 γινώσκεις τάδε καὶ σύ
811 εἰ δέ κέ μιν περὶ πᾶσαν
843 ἔρχηται παρὰ νυκτός
944 ἢ λίμνην πέρι δηθά

1) cf. Hym. Hom. XVI 4.
2) cf. Hom. δ 404, κ 212, λ 605, ν 436, ρ 65, ν 434, γ 467, θ 455.

971 ἐρχόμενοι κατὰ γεῖσα
986 λάμπηται πέρι σήματ' ἐοικότα
1015 οὐδέ ποθεν ζόφος ἄλλος
1017 μηκέτι τοι τόδε σῆμα
1022 χειμῶνος μέγα σῆμα
1070 δεξάμεναι πάλιν αὖτις
1095 ἐκ νήσων ὅτε πολλαί.

Aratus in iis quoque versibus accurate legem secutus videtur, in quibus duabus voculis alterius pedis arsis expletur, cuius generis occurrunt 12 versus in Phaenomenis:

64 εἴδωλον. τὸ μὲν οὔτις
155 εἰς ἄνεμον δέ τε πηδᾷ
164 ὠλενίην δέ μιν Αἶγα
246 Ἀνδρομέδης δέ τοι ὦμος
398 Ὑδροχόου, ὃ δὲ κυανέου
407 Ἀρκτούρου, τὸ δὲ θᾶσσον
437 τοῦ γάρ τοι τὰ μὲν ἀνδρί
461 ἀπλανέων τά τε κύκλα
478 δινεῖται, τὰ δὲ μέτρα
510 τῶν ὀκτώ, τὰ δὲ πέντε
544 ζωϊδίων δέ ἑ κύκλον
567 ὠκεανός, τά τε πολλά.

Inveniuntur igitur apud Aratum 43 (31 + 12) versus qui secundum regulam sunt formati (= 3,72 %). Quod ad hexametros spectat in quibus ante caesuram semiternariam unum vocabulum sive choriambicum sive molossicum[1]) occurrit, Aratum paulo saepius admisisse verba choriambica (19 iens) quam molossica (11 iens) videmus; elisione uno tantum loco (v. 117) duo verba coniunxit, cum noviens voces encliticas procliticasque adhibuerit quibus verba ante caesuram semiternariam posita inter se conectuntur; quattuor vel tribus tantum locis, si μή negationem sicut οὐ in numero vocum procliticarum haberi mavis, in prima thesi exstat vox monosyllaba.

Restat ut pauca dicam de mensura ultimae syllabae verborum choriambicorum et molossicorum; fere omnibus locis

1) cf. Arth. Ludwich, Molossische Wortformen bei den nachhomerischen Epikern (Schades Monatsblätter VII p. 66 sqq., 1879).

haec syllaba natura producitur (25 iens), cum positione in quinque tantum versibus producatur:

64 εἴδωλον. τὸ μὲν οὔτις
548 Ὑδροχόος, δύο δ'αὐτόν
567 ὠκεανός; τά τε πολλά
749 ἠέλιος μέγαν ὄγμον
1022 χειμῶνος μέγα σῆμα.

Verbum choriambicum vel molossicum quod in brevem exit vocalem in versibus huc pertinentibus non occurrit in Phaenomenis.

Vocem monosyllabam posuit Aratus in caesura semiternaria 21 iens (10, 201, 291, 305, 406, 408, 443, 462, 465, 502, 516, 531, 610, 624, 643, 732, 767, 777, 782, 818, 1131). Nomen substantivum aut formam cuiusdam verbi unius syllabae hoc versus loco nunquam adhibuit; hanc rem apud alios poetas aliter se habere videbimus.

§ 2. Ad Callimachi carmina transeamus quem quanta sit usus auctoritate et illa et posteriore aetate satis notum est quippe cum fuerit et doctus et elegans poeta in versibus componendis; quam accurate atque diligenter regulas quasdam metricas quas fortasse ipse fecit, secutus sit iam G. Meyer aliique[1]) ostenderunt. Etiam hanc regulam eum novisse atque observasse iam cognosces. Sed primum commemorandum est me ea tantum carmina Callimachea tractare quae hexametris continuis sint conscripta ea de causa quod regula nostra in carminibus numero elegiaco compositis valere non videtur[2]), quod non mirabile, cum hexametri elegiaci aliis legibus subiecti sint atque epici. Ac primum quidem de iis hexametris agendum erit qui legi repugnent; unus ex his nomine proprio excusatur: I 29 Γαῖα φίλη, τέκε καὶ σύ. Duplici anaphorae figura et explicatur et excusatur:

---

1) cf. Meyer, l. l. p 980 sqq. C. Prahl. Quaestiones metricae de Callimacho, diss. Hal. 1879. Fr. Beneke, De arte metrica Callimachi diss. Argentor. 1880. cf. adn. 2, p. 5. G. Heep, Quaest. Call. metr. diss. Bonn. 1884.

2) In novo Aetiorum fragmento elegiaco (Oxyrh. chart. VII, 1910) unus tantum qui huc pertinet versus occurrit: v 68 (p. 29) ἃς μούνας ὅτε νῆσον.

h. VI 136 φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν,
„ 137 φέρβε καὶ εἰράναν, ...

Sed dixerit fortasse quispiam anaphoram satis magnam excusationem non esse quia multi versus, ubi Callimachus ceterique poetae Alexandrini hanc figuram rhetoricam ad exornandam orationem usurpaverint, nulli repugnent legi metricae. Tamen ex illis quamvis pauci sint versibus, in quibus regula quaedam neglecta sit una cum anaphorae figura adhibita, optimo iure concluditur vitium nulla alia re nisi hac figura rhetorica explicari. Totam hanc quaestionem subdifficilem hoc loco ad finem perducere mihi in animo non est, sed occasione data breviter nonnulla huius rei exempla afferam; qua in re earum tantum legum metricarum per se patet rationem esse habendam quas poetam re vera esse secutum satis constat.

In carminibus Callimacheis haec regula quam G. Meyer[1]) observavit valet: Hexametri caesura semiquinaria praediti incisione post quinti pedis thesin distincti esse non debent. Quam legem duobus tantum locis, ubi anaphorae figura usus est, migrare sibi indulsit Callimachus:

h. III 262 μηδ' ἐλαφηβολίην μηδ' εὐστοχίην ἐριδαίνειν
h. VI 91 ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγών.

Certum videtur Callimachum, quippe qui in versibus componendis fuerit poeta diligentissimus, in his duobus hexametris evitaturum fuisse vitium metricum, nisi ex anaphorae figura sibi hanc licentiam sumere potuisset. Alterum accedit quod ad h. III 262 pertinet. Fr. Beneke[2]) enim iam observavit omnes huius hymni voces elisas collocatas esse in thesi praeter particulam μηδέ quae uno tantum loco (III 262) inveniatur in arsi, quam exceptionem anaphorae figura excusari idem censet Beneke[3]); idem quod in h. III 262 etiam cadit in

---

1) Meyer, l. l. p. 980 sqq.

2) Fr. Beneke, Beiträge zur Metrik der Alexandriner 1883, p. 19.

3) De hexametri formis apud Callimachum usitatis Fr. Beneke, De arte metrica Callimachi, p. 15 dicit: Triginta duarum formarum Homericarum omnino non inveniuntur undecim. Inter ceteras 21 formas sex sunt quas non admisit Callimachus nisi anaphorae figura vel nominibus propriis excusatas; cf. Call. h. VI 72; de Call. h. III 63 et VI 72, v. Heep, l l. p. 21.

h. VI 4 μηδ' ἀπὸ τῶ τέγεος μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε
h. VI 5 μὴ παῖς μηδὲ γυνὰ μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν.

Aliam non minus elegantem legem G. Meyer[1]) ostendit observari in pentametris Callimacheis quae est haec: In exitu prioris partis pentametrorum vox iambica poni non debet, cui regulae obstant duo tantum pentametri; epigr. I 16 οὕτω καὶ σύ, Δίων sine dubio excusatur nomine proprio; epigr. XXV 2 ἔξειν μήτε φίλον κρέσσονα μήτε φίλην rursus anaphoram praebet, unde manifeste elucet Callimachum ipsum iam putasse vitium metricum satis excusari anaphorae figura. Nonnulla alia exempla ex Alexandrinorum carminibus proferam; iam supra vidimus Aratum in Phaenomenis uno tantummodo loco (v. 15) formam ‒ ◡ | ◡ ‒ | ◡ ◡ | ‒ ◡ admisisse, sane nulla alia re nisi vi anaphorae commotum. Apoll. Rhod. Arg. IV 1413[2])

εἴτε καταχθονίαις, εἴτ' οἰοπόλοι καλέεσθε

eidem regulae metricae quam supra (p. 11) ad Call. h. III 262 et VI 91 attigi obstat; Apollonium eam observasse ex eo cognoscas quod in Argonauticorum libris primo et quarto qui 3143 versibus continentur versu IV 1413 excepto quattuor tantum versus contrarii occurrunt (I 75, 670, IV 1186, 1312). In Pseudotheocriti carmine XXV duo sunt versus qui magni momenti sunt ad hanc quaestionem:

91 ἠὲ νότοιο βίῃ ἠὲ Θρηκὸς βορέαο·
106 ἄλλος ἀμόλγιον εἶχ', ἄλλος τρέφε πίονα τυρόν,
107 ἄλλος ἐσῆγεν ἔσω ταύρους δίχα θηλειάων

in versibus 91 et 107 poeta illam legem de caesura quae κατὰ δεύτερον τροχαῖον vocatur neglexit[3]): Alterius enim sedis caesura trochaica nulla alia voce effici potest nisi trochaica. Quam regulam tam diligenter est secutus auctor huius carminis ut nisi in hexametris qui excusentur nunquam migraverit; nam praeter vv. 91 et 107 unus tantum versus a regula abhorret quem imitatione Homerica esse excusandum nemo non concedit:

1) Meyer, l. l. p. 982.
2) cf. etiam leges metricas quas Merkelius proposuit in libello qui inscribitur Metrisch-kritische Abhandlung über Apollonius Rhodius (Jahrb. des Pädagogiums zum Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg) 1844.
3) Meyer, l. l. p. 980 sqq.

v. 88 αὐτὰρ ἔπειτα βόες; neque vero contra regulam pugnat v. 179 εἰ σύγ' ἐκεῖνος cum legimus εἰ σύγε κεῖνος; ita esse scribendum censeo, cum, id quod minime casui tribuendum, sed de industria fieri consentaneum est, poeta huius carminis quod 281 hexametris continetur in 21 versibus (= 7,47 %) accurate ex regula verba composuerit: 3, 39, 50, 63, 86, 100, 102, 120, 136, 140, 153, 169, 175, 190, 212, 214, 229, 232, 235, 265, 277. Videmus igitur rursus (cf. p. 11) poetam praeter v. 88 nullo alio loco legi obstrepuisse nisi ubi etiam anaphorae figuram usurpaverit[1]).

Quibus ex exemplis quorum multitudo satis est exigua tamen mea quidem sententia iure concluditur anaphorae figuram re vera praebere excusationem versibus vitio quodam metrico praeditis. Alia huius rei exempla idonea in hac dissertatione invenies; cf. Nic. Ther. 780[2]), Opp. Cyneg. II 411[3]), Quint. Smyr. II 473[4]), de Non. Dion. VI 327, X 427, XXV 247, XLVII 621 cf. p. 74 diss.

Ad propositum revertamur; restant in hymnis Callimacheis duo hexametri qui a regula nostra abhorrent. IV 246 τόσσα δέω· μάλα γάρ τε imitatione Homerica excusatur; cfs. Hom. Γ 25 πεινάων· μάλα γάρ τε ubi eodem versus loco eadem occurrunt verba[5]). Interpunctionibus autem, quibus inclusa sunt verba τόσσα δέω apud Wilamowitzium, ea arte inter sese cohaerere id quod Heepius aliique contendunt, ego quidem dicere non audeo. Neque enim intellegendum est, cur duae vel complures voces interpunctionibus inclusae tamquam unum vocabulum sentiantur[6]). Call. h. III 153 βάλλε κακοὺς ἐπὶ

1) Quae cum ita sint, mihi quidem verisimile non videtur hoc carmen a Theocrito esse compositum, cum ille regulam de II trochaeo plane neglexerit aut omnino non noverit. (Meyer p. 981). M. Rannow Festschr. f. J. Vahlen 1900; J. Heumann, De epyllio Alex. 1904 p. 25.
2) Meyer, l. l. p. 990 sq.
3) Oppiani Cyneg. ed. P. Boudreaux, Paris 1908. cf. p. 51 diss.
4) Meyer, l. l. p. 986.
5) cf. etiam Hom. Φ 24, Θ 551, Κ 251, α 301.
6) Heep, l. l. p. 16 ad Call. h. IV 203. C. Prahl, l. l. p. 26 et 28. De interpunctione in versu heroico v. R. Volkmann, Comment. ep. p. 39—42.

θῆρας quo in versu quin Callimachus auctoritate Homeri commotus verba κακοὺς ἐπὶ θῆρας ita posuerit ut praepositio sit inter adiectivum et substantivum dubitari non potest, cum persaepe in carminibus Homericis haec verborum compositio adhibita sit; cf. Hom. β 316 κακὰς ἐπὶ κῆρας, Β 263 θοὰς ἐπὶ νῆας, Μ 113 κακὰς ὑπὸ κῆρας, multa similia.

Quaeritur nunc quomodo iudicandum sit de his duobus Callimachi versibus alterius hymni:

II 10 ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος, ὅς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος
II 77 δεῖμε δέ τοι μάλα καλόν . . . . .

quos repugnare arbitretur quispiam, cum, etsi a verbis trochaico et iambico initium non capiunt, tamen priore in versu pro voce trochaica et altero in versu pro iambica bina monosyllaba vocibus encliticis μιν sive τοι tam arte inter se conexa inveniantur ut quasi vocabulum trochaicum sive iambicum fiant. Sed primum quidem, quod ad priorem spectat versum, nemo est quin primo obtutu videat hunc hexametrum magna cum arte atque diligentia esse compositum a Callimacho; nam praeter voculas μιν et οὐκ cetera omnia verba ita sunt collocata in versu, ut alterum respondeat alteri eodem verborum ordine: ὅς ∾ ὅς i. e. anaphorae figura, ἴδῃ ∾ ἴδε, μέγας ∾ λιτός, οὗτος ∾ ἐκεῖνος. Unde elucet Callimachum in hoc versu de industria regulam migrasse et versum satis superque excusari. Altero autem in versu verba δεῖμε δέ τοι exhibent particulam δέ quam in numero vocum encliticarum esse habendam nonnulli[1]) censent et encliticam vocem τοι quae vix separari possunt. Accedit quod ex imitatione Homerica excusationem accipere videtur, cum Hom. α 312 τιμῆεν, μάλα καλόν eodem versus loco etiam verba μάλα καλόν occurrant (cf. Φ 447).

Denique mentionem faciam II 90 τοὺς μὲν ἄναξ ἴδεν αὐτός quem versum propter duas voces monosyllabas nihil offensionis habere puto.

Videmus igitur in hymnis Callimacheis ne unum quidem inveniri versum regulae contrarium qui non satis excusetur.

Iam ad eos hexametros Callimachi accedamus in quibus observata est regula; huc pertinent:

---

1) K. Lehrs, quaest. epic. p. 101 sqq.

h. I 5 ἐν δοιῇ μάλα θυμός[1]),
" 32 ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα·
" 44 τουτάκι τοι πέσε δαῖμον
" 95 οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος
h. II 85 ἦ ῥ' ἐχάρη μέγα Φοῖβος
" 93 οὐ κείνου χορὸν εἶδε
h. III 9 οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον·
" 49 ἑσταότας περὶ μύδρον·
" 88 Ἀρκαδικὴν ἔπι Πανός.
" 89 Μαιναλίης, ἵνα οἱ τοκάδες
" 156 ῥέξειαν; σύες ἔργα,
" 208 Ὑψηὶς παρὰ τύμβον
" 212 αἳ πρῶται θοὰ τόξα
" 215 ᾔνησας δ' ἔτι πάγχυ
" 227 ἡγεμόνην, ὅτε νηυσίν
" 242 στησάμεναι χορὸν εὐρύν·
" 267 ἀκλαυτεὶ περὶ βωμόν
h. IV 5 ἐκ Μουσέων, ὅτι Φοῖβον
" 60 σπερχομένη μέγα δή τι
" 77 Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός,
" 110 κοιμῆσαι μέγα χεῦμα·
" 142 σείονται μυχὰ πάντα
" 158 σπερχομένη μάλα πολλόν
" 181 ἀλλ' ἤδη παρὰ νηόν
" 189 αἰνήσεις μέγα δή τι
" 210 φοίνικος ποτὶ πρέμνον
" 213 αὕτη τοι φίλε νῆσος
" 251 ἑβδομάκις περὶ Δῆλον
" 260 χρύσεά τοι τότε πάντα
" 321 πρὶν μεγάλη σέο βωμόν (cf. p. 17 sq.)
h. VI 2 Δάματερ μέγα χαῖρε
" 25 τῇ δ' αὐτᾷ καλὸν ἄλσος
" 62 δεσποτικὰν ὑπὸ χεῖρα,
" 98 ψευδοπάτωρ ἰδὲ τόνδε
" 119 Δάματερ μέγα χαῖρε.[2])

---

1) Heep. p. 14.
2) De h. VI 92 καὶ τούτων † ἔτι μεῖζον cf. p. 17 sq.

frg. 51 Δινομένην πέρι βουσίν
„ 468 δωδεκάκις περὶ τύμβον
„ 469 καλλιχόρῳ ἐπὶ φρητ
„ Hecal. col. II 13 αἱ φυλακοὶ κακὸν ἔργον[1]).

Videmus Callimachum in hymnis perpaucisque fragmentis regulam secutum esse in 39 versibus (= 3,97 %). Verba choriambica fere tot occurrunt ante caesuram semiternariam (13 iens) quot molossica (11 iens), elisione[2]) tribus tantum locis verba inter sese cohaerent, cum vocibus encliticis procliticisque sive ratione grammatica in ceteris decem versibus vocabula conectantur. Sed dixerit fortasse quispiam, id quod ad illos undecim hexametros in quibus invenitur vox molossica spectat hos omnes versus consentire quidem cum hac lege, sed dissentire cum observatione illa metrica quam G. Heep in hymnis Callimacheis fecerit. Ille enim p. 12 hanc proposuit regulam: „Si in versu a molosso incipienti alterius pedis thesis longa est primum molossum excipit palimbacchius, quod eo fit consilio ut numerus caesura trithemimere et duobus spondeis continuis nimis durus factus iam caesura feminina volubilius et mollius progrediatur. ubi autem ante caesuram trochaicam vox finitur, aut tam arta est cohaerentia cum sequenti voce ut non sentiatur incisio aut alia exstat excusatio"; versibus legi contrariis tractatis pergit p. 13: „Nec minus valet lex quam de primo versus dimidio supra proposui in iis versibus in quibus post primum molossum alter pes dactylo efficitur: molossum enim sequitur aut anapaestus aut anapaestus una brevi syllaba auctus. Atque in 57 exemplis anapaestus una voce, in ceteris duabus vocibus arte cohaerentibus efficitur." Hactenus G. Heep. Examinemus breviter num suo iure ille hanc regulam statuere potuerit in versibus Callimacheis. Ac primum quidem cur non omnes versus qui huic repugnant legi tractaverit non video, sed eos tantummodo, in quibus duo verba post molossum posita minus arte inter sese cohaerere

1) Call. fragm. Hecal. ed. Th. Gomperz in libro qui inscribitur Mitteilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzogs Rainer, (Wien) 1897.

2) De elisione apud Callimachum cf. C. Prahl, l. l. p. 48 sqq. Fr. Beneke, de arte metr. Call. 1880, p. 46—51. Idem, Beitr. z. Metrik d. Alex. 1883. Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis, p. 215.

ipse concedit; nonnulli versus qui quamquam contra Heepium pugnant ab illo non afferuntur sunt:

II 15 ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος
III 118 ἀσβέστου, τό ῥα πατρός
„ 215 ἤνησας δ' ἔτι πάγχυ
IV 189 αἰνήσεις μέγα δή τι;
epigr. XLIII 5 ὤπτηται μέγα δή τι

qua ratione II 15 verba δὲ τὸ τεῖχος, III 118 τό ῥα πατρός, 215 δ' ἔτι πάγχυ, IV 189 et epigr. XLIII 5 μέγα δή τι arte conectantur ego quidem intellegere nequeo. Tum G. Heep ipse 15 versus enumerat contrarios, quos si paulo accuratius inspexerimus minime duo verba arte inter sese coniuncta praebere videbimus. Quomodo h. I 64 πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον cum interpunctio antecedat verba τὰ δὲ τόσσον et IV 77 Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός, ὃ δ' εἵπετο cum interpunctio sequatur voces χέρα πατρός arte inter se cohaereant intellegendum non est. Deinde optimo iure dubitari potest, praebeantne adiectiva prope substantiva sua collocata satis magnam excusationem versui vitioso veluti versibus III 9 οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον, 212 αἳ πρῶται θοὰ τόξα, IV 110 κοιμῆσαι μέγα χεῦμα, 142 σείονται μυχὰ πάντα, VI 25 τῇ δ'αὐτᾷ καλὸν ἄλσος. Idem cadit in versum VI 2 (= VI 119) Δάματερ μέγα χαῖρε ubi adverbium exstat iuxta verbum suum. Denique sine ulla excusatione contra Heepium pugnant: VI 95 χὠ μαστὸς τὸν ἔπωνε, I 5 ἐν δοιῇ μάλα θυμός, II 93 οὐ κείνου χορόν εἶδε, epigr. LIX 1 Εὐδαίμων ὅτι τἄλλα, frg. 163 ἐν Δίῃ· τὸ γὰρ ἔσκε; in novo Aetiorum fragmento hoc occurrit exemplum: v. 68 ἃς μούνας ὅτε νῆσον.

Quibus omnibus exemplis (20) legem ab Heepio propositam non valere in carminibus Callimacheis me satis ostendisse arbitror. Praeterea memorandum est Callimachum fuisse poetam cautiorem atque diligentiorem in versibus componendis quam ut illam regulam si re vera novisset sine ulla causa tot locis neglexisset.

Pauca addenda sunt de versibus IV 321 πρὶν μεγάλη σέο βωμόν et VI 92 καὶ τούτων ἔτι † μεῖζον qui versus quamquam huic legi non repugnant tamen cum consuetudine Callimachi congruere non videntur; thesis enim primae sedis voce mono-

syllaba quae cum verbo sequenti vinculo quodam grammatico non cohaeret efficitur, cuius generis versus, ut vidimus (cf. p. 15 sq.) Callimachus plane evitavit. Tamen priore in versu coniecturam egregiam Wilamowitzii μεγάλη[1]) refutandam non puto quia ex vocativo et explicatur et excusatur hoc vitium parvum. Fortasse arbitretur quispiam contra me esse frg. 128,1 καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας[2]); sed hic versus in censum non venit quod exstat in carmine elegiaco. VI 92 καὶ τούτων † ἔτι μεῖζον ratio habenda non est cum sine dubio sit corruptus. Arthurus Ludwich[3]) legendum coniecit καί που τῶν ἔτι μεῖζον qua coniectura probata hic versus omni vitio metrico vacat.

In verborum choriambicorum sive molossicorum ultimae brevis syllabae productione Callimachus[4]) fere eandem atque Aratus rationem adhibuit; satis raro enim positione producitur haec syllaba:

III 156 ῥέξειαν; σύες ἔργα,
III 215 ἤνησας δ'ἔτι πάγχυ
IV 210 φοίνικος ποτὶ πρέμνον
IV 251 ἑβδομάκις περὶ Δῆλον
VI 2 (= VI 119) Δάματερ μέγα χαῖρε.

Vocabula choriambica sive molossica quae in brevem exeunt vocalem non inveniuntur apud Callimachum.

Trithemimeres caesura voce monosyllaba efficitur in his perpaucis versibus: I 2, 74, IV 34, 312, VI 113.

§ 3. Ad Apollonium Rhodium transeo, magnum Callimachi discipulum et adversarium, quem hanc regulam novisse atque adhibuisse certum est; quarto in libro Argonauticorum enim 64 versus ex regula formati et 6 tantummodo contrarii inveniuntur. Primum autem videamus quinam versus qui a lege discrepant recipiendi non sint. Cum Apollonius in verbis adhibendis Homeri consuetudinem sermonis persaepe et secutus

1) Codices praebent πρὶν μέγαν ἢ σέο βωμόν; cf. Schneider, Callimachea, vol. I p. 331.
2) Immo ex Empedocle vel Pythagora sumptum frgm. 141 (Diels).
3) Arthurus Ludwich, Callimachea 1907, p. 8.
4) Heep, l. l. p. 19 sqq.

et imitatus sit[1]), non mireris versuum contrariorum aut plurimos aut omnes explicari posse ex imitatione Homerica; qualis est II 71 τρηχὺ θοὴν ἐπὶ νῆα, quotiens apud Homerum legantur verba θοὴν ἐπὶ νῆα, θοὰς ἐπὶ νῆας quaeque sunt similia nemo nescit; idem cadit in versus II 304 αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα δόρπον, II 863 θυμόν, ἐπεὶ μάλα πολλόν, IV 718 αὐτὰρ ἐπεὶ μάλα πάντα quae vocabula frequentissime occurrunt in Homeri carminibus; neque dubitari potest quin poeta Alexandrinus sit imitatus Homerum in versu III 416 κείρω ἐμῷ ὑπὸ δουρί[2]); satis saepe enim apud illum eodem versus loco verba ἐμῷ ὑπὸ δουρί reperis ut Hom. Π 861 φθήῃ ἐμῷ ὑπὸ δουρί, Λ 433 ἤ κεν ἐμῷ ὑπὸ δουρί, Μ 250 αὐτίκ' ἐμῷ ὑπὸ δουρί, Σ 92 πρῶτος ἐμῷ ὑπὸ δουρί multisque aliis locis haec verba exstant. Cum versu IV 980 πεῖρον ἁλὸς μέγα λαῖτμα comparandus Hom. Τ 267 τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα[3]). Deinde propter imitationem Homericam excusandos censeo hos versus: I 662 βάξις· ἐπεὶ μέγα ἔργον neque enim raro in carminibus Homeri eiusque sectatorum[4]) hoc versus loco vocabula μέγα ἔργον reperiuntur: γ 275 ἐκτελέσας μέγα ἔργον, δ 663 ὢ πόποι, ἦ μέγα ἔργον, Ε 303 Τυδεΐδης, μέγα ἔργον, Υ 286 Αἰνείας, μέγα ἔργον. Apoll. I 1146 θῆκε τέρας· ἐπεὶ οὔ τι comparari potest cum versibus β 282 et γ 133: ἀφραδέων (sive Ἀργείοις in γ 133) ἐπεὶ οὔ τι νοήμονες; θ 196 ἀμφαφόων, ἐπεὶ οὔ τι[5]). Apoll. I 296 ὧδε λίην· ἐπεὶ οὐ μέν et IV 1489 λᾶι βαλών· ἐπεὶ οὐ μέν: eadem verba ἐπεὶ οὐ μέν eodem versus loco occurrunt Hom. Κ 79 λαὸν ἄγων, ἐπεὶ οὐ μέν. Apoll. II 1086 ἧνται ἀκήν, ἐπεὶ οὔ σφε et IV 1554 δέχθε, φίλοι· ἐπεὶ οὐ περιώσιον ~ Hom. Α 132 κλέπτε νόῳ, ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι. Apoll. III 639 μνάσθω ἑὸν κατὰ δῆμον ~ Hom. τ 146 μή τίς μοι κατὰ δῆμον, φ 258 νῦν μὲν γὰρ κατὰ δῆμον, π 391 μνάσθω ἐέδνοισιν διζήμενος (= φ 161). Apoll. II 36 ἶζον ἑοὺς δίχα πάντας ~

1) cf. Cholevius, Über den griech. Epiker Apollonius Rhod. (Progr.) Koenigsberg 1882. G. Bösch, De Apollonii Rhod. elocutione, Berol. 1908
2) cf. A. Rzach, Der Hiatus bei Apollonius Rhodius, Wien. Stud. III (1881) p. 43 sqq.
3) Hom. δ 504, ε 174, ι 260.
4) Hesiod. Theog. 954. Hesiod. Scut. 22. Batrom. 272.
5) Hom. θ 397, 451.

Hom. κ 203 αὐτὰρ ἐγὼ δίχα πάντας. Apoll. II 56 αὐτὸς ἑκών, ἵνα μή μοι ∼ Hom. δ 649 αὐτὸς ἑκὼν οἱ δῶκα. Apoll. III 1162 οἷον ἑῇ κακὸν ἔργον ∼ Hom. O 97 οἷα Ζεὺς κακὰ ἔργα.

Apoll. II 19 . . . . . τοὺς δ' ἄγριος εἰσαΐοντας
„ II 20 εἷλε χόλος· περὶ δ' αὖ . . .

verba ἄγριος εἷλε χόλος ex Homero sumpta sunt qui compluribus locis dicat (θ 304, Δ 23, Θ 460) χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει. Idem cadit in

Apoll. III 197 . . . . . αὐτὸς δ' ἕλεν Ἑρμείαο
„ III 198 σκῆπτρον· ἄφαρ δ' ἄρα νηὸς . . .

cum Hom. B 46 inveniantur verba εἵλετο δὲ σκῆπτρον πατρώιον. Denique secundum Homerum esse formatos hos duos Apollonii versus verisimile est: II 814 δῶρα φέρειν· ἅμα δ' υἷα ∼ Hom. Ω 119 δῶρα δ' Ἀχιλλῆι φερέμεν (= Ω 147, 176, 196) et III 544 τοῖον ἔπος μετὰ πᾶσι θεοπροπέων ἀγόρευσεν ∼ α 64 ποῖόν σε ἔπος φύγεν et A 109 . . . . . θεοπροπέων ἀγορεύεις.

Nonnulli versus alia causa excipiendi sunt: II 43 τοῖος ἔην Διὸς υἱός nomine proprio excusatur; II 707 κοῦρος ἐὼν ἔτι γυμνός, ἔτι πλοκάμοισι γεγηθώς anaphorae figura satis magnam praebet excusationem; vocativo excusandum puto: III 545 ὔμμι, φίλοι, τόδε σῆμα.

Qui restant versus legi contrarii perpauci sunt in Argonauticis:

I 44 γυῖα, μένεν δ' ἔτι θυμός
II 57 ἀλλὰ βάλευ περὶ χειρί·
II 1269 τοῖο θεοῦ, τόθι κῶας
IV 51 ἦεν ὁδῶν, θαμὰ καί
IV 1236 νηυσὶ πέλει, ὅτε τόν γε
IV 1314 ἔσταν, ἕλον δ' ἀπὸ χερσί

Sunt igitur sex tantummodo hexametri qui excusatione quadam careant qui numerus prae multitudine eorum versuum qui ex regula formati sunt satis parvus est. Hos autem versus intuentes nos effugere non potest praeter II 57 omnes aut post verbum trochaicum aut iambicum habere interpunctionem qua versus etiamsi non excusantur tamen vitium metricum paulo debilitari concedendum est. Quae res fortasse etiam explicatur imitatione Homerica; nam si carmina illius quod ad hanc regulam spectat inspexerimus in Homeri carminibus

tum imprimis legem non valere videbimus, cum aut post verbum trochaicum aut iambicum enuntiatum finitur; cuius generis nonnullos versus afferam:

α 209 κείνῳ, ἐπεὶ θαμὰ τοῖον
α 223 θῆκαν, ἐπεὶ σέ γε τοῖον
α 251 οἶκον ἐμόν· τάχα δή με
α 370 ἔστω, ἐπεὶ τό γε καλόν
β 350 ἡδύν, ὅτις μετὰ τόν
γ 16 πατρός, ὅπου κύθε γαῖα
γ 121 ἤθελ', ἐπεὶ μάλα πολλόν
γ 288 ἶξε θέων, τότε δή
γ 412 σκῆπτρον ἔχων. περὶ δ' υἷες
γ 475 παῖδες ἐμοί, ἄγε Τηλεμάχῳ
δ 95 εἰσίν, ἐπεὶ μάλα πολλά
δ 204 ὦ φίλ', ἐπεὶ τόσα εἶπας
δ 720 πᾶσαι, ὅσαι κατὰ δώματ' ἔσαν
δ 811 πωλέ', ἐπεὶ μάλα πολλόν

eiusdem modi sunt θ 451, ι 300, κ 24, 208, μ 259, π 472, ρ 62, φ 21, 231, 369, ψ 267, ω 338. A 132, 310, B 699, E 536, Z 282, M 345, N 382, Y 437, Φ 309, X 406, Ψ 893, Ω 706 aliique.

Videmus in carminibus Homericis satis saepe post primum trochaeum aut post caesuram semiternariam finiri enuntiatum in hexametris regulae nostrae obstantibus, qua de causa quamvis non certum tamen veri est simile Apollonium in illis quoque quinque versibus auctoritate Homeri commotum non observasse legem.

Restat ut pauca dicam de iis versibus in quibus pro voce trochaica sive iambica duae voces monosyllabae occurrunt; imitatione Homerica sunt excipiendi: III 1296 πρόσθε δέ οἱ σάκος ἔσχεν ∼ Hom. E 300 (= P 7) πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔσχε; accedit quod verba πρόσθε δέ οἱ vix seiungi possunt. I 563 δή ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἐνεστήσαντο ∼ Hom. ζ 217 (eodem versus loco) δή ῥα τότ' ἀμφιπόλοισι (= ζ 238)[1]) et β 94 στησαμένη μέγαν ἱστόν (= ω 129). III 702 μή σφε κακῇ ὑπὸ κηρί ∼ Hom. M 113 κακὰς ὑπὸ κῆρας[2]). III 435 εἰ δὲ σύ γε ζυγά βουσίν ∼

1) cf. Hom. N 719, Ξ 389.
2) cf. Hom. ψ 332, β 316.

Hom. Δ 34 (eodem versus loco) εἰ δὲ σύγ' εἰσελθοῦσα; nomine proprio excusatur II 1156[1]) τῷ δὲ Μέλας· ἐμὲ δ'αὐτόν. Restant tres tantummodo hexametri:

I 236 εὖτ' ἂν ἄγῃ χρέος ἄνδρας
I 566 ἐν δὲ λιγὺς πέσεν οὖρος
II 8 καὶ δὲ τότε προτὶ νῆα.

Quarto in libro Argonauticorum quamquam ceteros numero versuum longe superat ne unus quidem huius modi versus invenitur; omnino in hoc libro Apollonius in versibus componendis multo diligentior videtur fuisse. Etenim regulam, ut supra vidimus, non nisi in tribus qui non excusantur versibus (cf. p. 20) neglexit. Praeterea eam in iis hexametris in quibus alterius pedis arsis duobus brevibus monosyllabis efficitur accurate adhibuit, id quod eo elucet quod semel tantum versum admisit contrarium:

IV 289 ἔνθα διχῇ τὸ μὲν ἔνθα

quem versum anaphorae figura excusari apparet.

Iam ad eos Apollonii Rhodii versus accedamus in quibus observata est regula; huc pertinent:

in primo Argonauticorum libro:

1 Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε,
4 χρύσειον μετὰ κῶας
40 Λάρισαν δ' ἐπὶ τοῖσι
92 Αἰγίνης, ὅτε Φῶκον
171 αἴ κέν πως ἔτι καί
185 καὶ δ' ἄλλω δύο παῖδε
190 Οἰνείδης δ' ἐπὶ τοῖσιν (= I 1046)
204 τούνεκ' ἔην πόδα σιφλός·
210 ναυτιλίης· τόθι γάρ μιν
230 κίκλησκον μάλα πάντας,
237 δὴ τότ' ἴσαν μετὰ νῆα
245 Αἰήτεω, ὅτε μή σφιν
299 τῶν μοῖραν κατὰ θυμόν
330 κεκλιμένῳ μάλα πάντες
335 ναυτιλίης, ὅτε μοῦνον

1) accedit quod anaphorae figura excusatur hic versus:
II 1155 ..... τῷ δέ τε Φρόντις,
II 1156 τῷ δὲ Μέλας.

344 δεξιτερὴν ἀνὰ χεῖρα
345 μή τίς μοι τόδε κῦδος[1])
349 Ἡρακλέης. ἀνὰ δ' αὐτός
364 πειθόμενοι· ἀπὸ δ' εἵματ' ἐπήτριμα
389 τριβόμεναι· περὶ δέ σφιν
463 Αἰσονίδη, τίνα τήνδε
526 ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον
565 κὰδ δ' αὐτοῦ λίνα χεῦαν
679 δυσμενέων, ἅτε πολλά
686 αὐτόματοι βόες ὔμμιν
701 ἤδη κεν μετὰ νῆα
740 Ἀμφίων δ' ἐπὶ οἶ
769 δεξιτερῇ δ' ἕλεν ἔγχος
774 βῆ δ' ἴμεναι προτὶ ἄστυ
794 ἧσθ' αὔτως; ἐπεὶ οὐ μέν
815 μητρυιῆς ὑπὸ χερσίν
820 εἰσόκε τις θεὸς ἄμμιν
839 ἐξείπω κατὰ κόσμον
897 Ὑψιπύλης· λίπε δ' ἡμίν
932 Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ καί
943 Γηγενέες, μέγα θαῦμα
967 εἰσάμενοι παρὰ θῖνα
974 ἀλλ' ἔτι οἱ κατὰ δώματ' ἀκήρατος
1012 ἥρωες δ', ὅτε δή σφιν (= IV 522)
1046 Οἰνείδης δ' ἐπὶ τοῖσιν (= I 190)
1062 ἀγκέχυται τόδε σῆμα
1113 Θρηικίης ἐνὶ χερσίν
1143 αὐτομάτη φύε γαῖα
1176 εἰσορόων κακὰ πολλά
1210 ὀτραλέως κατὰ κόσμον
1214 νηλειῶς, βοὸς ἀμφί
1219 λευγαλέην, ἐπεὶ οὔ τι
1255 σπερχόμενον μετὰ νῆα

1) R. Merkel legit μή τις ἐμοί id quod cum arte metrica Apollonii non congruit (p. 18 sqq.); accedit quod in carminibus Homericis compluribus locis initio versus legitur μή τίς μοι: Ρ 93 μή τίς μο Δαναῶν; β 101 μή τίς μοι κατὰ δῆμον; τ 146, ω 136.

1271 συνεχέως, ὁτὲ δ' αὖτε
1342 ἀλλ' ἑτάρου περὶ φωτός.
in altero libro:
40 χωομένη Διὶ τίκτεν·
42 ἑσπερίην διὰ νύκτα
44 ἀντέλλων, ἔτι φαιδρός
64 ἀμφέδεον, μάλα πολλά
126 μαίονται δ' ὅτι πρῶτον
157 ῥέξαντες μέγα δόρπον
162 ἐμμελέως· περὶ δέ σφιν
172 φεύξεσθαι κακὸν οἶτον
211 Ἀργῴης ἐπὶ νηός
241 ἡρώων, περὶ δ' αὖτε
316 μαντοσύνης, ἵνα καί τι
357 ἀγχίμολον δ' ἐπὶ τῇ πολέας
394 Μάκρωνες· μετὰ δ' αὖ
396 Βύζηρες δ' ἐπὶ τοῖσιν
422 ἐξ Αἴης· μετὰ δ' Αἶαν
442 γηθήσειν, ὅσον εἴπερ
497 τοὶ δ' αὐτοῦ κατὰ δώματ' ἀολλέες
561 σὺν δέ σφιν χύτο θυμός·
569 κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον
572 οὐραῖα πτερὰ ταί γε
588 Εὔφημος δ' ἀνὰ πάντας
643 στελλοίμην, ἔτι τάρβος
771 Λητοΐδη κατὰ νῆσον.
777 οἶδ' ἐσιδών, ὅτε δεῦρο
779 Ἱππολύτης· ἐμὲ δ' εὗρε
833 τὸν δ' ἕταροι ἐπὶ νῆα
852 ἥρωες τότε τύμβον
893 ἀκλειῶς κακὸς οἶτος,
944 γνάμψαντες παρὰ πουλύν
945 Αἰγιαλὸν πρόπαν ἦμαρ
975 πεμπάζοι· μία δ' οἴη
997 κεκριμέναι κατὰ φῦλα
1020 ἣ ἀγορῇ, τάδε πάντα
1088 ὣς πυκινὰ πτερὰ τοῖσιν
1151 γηραιὸς θάνε Φρίξος

1159 ἐξαῦτις κατὰ μοῖραν
1174 οὐ δέ σφιν θέμις ἦεν,
1248 ἠλίβατοι, τόθι γυῖα
in tertio libro:
18 καὶ δ' αὐτὴν ἐμὲ τοῖα
25 δεῦρ' ἴομεν μετὰ Κύπριν·
66 καὶ δ' ἄλλως ἔτι καὶ πρίν
94 οὐκ ὄθεται, μάλα δ' ἀιέν
115 οὐκ οἶον, μετὰ καί
118 χρυσείοις, ἅτε κοῦροι
140 κυανέη. ἀτὰρ εἴ μιν
188 πολλάκι τοι ῥέα μῦθος,
214 Αἰήτεω, τότε δ' αὖτις
219 εὔκηλοι δ' ὑπὲρ οὐδόν
313 ναιετάει, μάλα πολλόν
323 λυγαίῃ ὑπὸ νυκτί· (= 1361)
348 ἡρώων, τεὸν ἄστυ
419 αὐτῆμαρ τόδε κῶας
469 δμηθῆναι ὑπὸ βουσί,
488 ἐλπωρή, ὅτε νόστον
497 τετράγυον δ' ἐπὶ τοῖσιν
505 θαρσαλέως μετὰ πᾶσιν
511 εἰ δ' οὔ τοι μάλα θυμός
539 πειρήσων· τάχα δ' ἄν
569 στελλέσθω· ἀτὰρ αὐτοί
591 ὀθνείοις ἐπὶ χεῖρα
607 χωόμενος· μέγα δέ σφιν
608 ἠδ' αὐτούς, ἵνα μή τις
697 καὶ δ' αὐτὴ τάδε πάντα
709 λεπταλέη διὰ δώματ' ὀδυρομένων
804 ἐνθεμένη δ' ἐπὶ γούνατ' ὀδύρετο
863 λυγαίῃ ἐνὶ νυκτί,
932 ἀκλειὴς ὅδε μάντις,
945 τῷδ' αὐτῷ ἐνὶ χώρῳ
966 ἀμφίπολοι μάλα πᾶσαι
970 νηνεμίῃ· μετὰ δ' αὖτις
1023 αἰδόμενοι, ὁτὲ δ' αὖτις
1041 οὐδ' αὐτὸς κατὰ κόσμον

1054 οἳ δ' ἤδη κατὰ ὦλκας (cf. v. 1354)
1058 καρχαλέοι κύνες ὥστε
1084 ἐξερέω· μάλα γάρ με
1105 Ἑλλάδι που τάδε καλά,
1117 ἀπροφάτως τότε σοῖσιν
1147 πείρηθεν· μετὰ δ' αὖτε
1156 Χαλκιόπη περὶ παισίν
1163 Αἰσονίδης δ' ὅτε δή (= 1278)
1164 ἐν χώρῃ, ὅθι τούς γε
1184 Αἰήτῃ πόρε δῶρον
1189 προφρονέως, ἐπεὶ οὔ μιν
1228 χρυσείην δ' ἐπὶ κρατί
1230 ἠελίου, ὅτε πρῶτον
1277 τὸν δ' αὐτοῦ παρὰ χεῖλος
1278 Αἰσονίδης δ', ὅτε δή (= 1163)
1284 παπτήνας δ' ἀνὰ νειόν
1329 δειδιότες μέγα λαῖφος
1354 οἳ δ' ἤδη κατὰ πᾶσαν
1361 λυγαίῃ ὑπὸ νυκτί (= 323)

in quarto libro:

3 ἀμφασίῃ νόος ἔνδον
7 παννύχιος δόλον αἰπύν
10 θυγατέρων τάδε νόσφιν
24 ἰάνθη. μετὰ δ' ἥ γε
77 ἥρωες μετὰ τήν γε
135 Καυκασίην ἅλα δ' εἰς ἕν
171 γηθόσυνος μέγα κῶας
195 κουριδίην· ἀτὰρ ὔμμες
217 φυλλοχόῳ ἐνὶ μηνί
234 τίσασθαι τάδε πάντα,
258 νημερτὴς ὅδε μάντις
340 συνθεσίην, μέγα νεῖκος
355 Αἰσονίδη, τίνα τήνδε
363 λυγρῇσιν κατὰ πόντον
402 μίξαντες δαΐ χεῖρας·
409 ἀντιβίην, ὅτε μή με
419 ἔνθ' εἴ τοι τόδε ἔργον
439 χρύσειον μέγα κῶας

445 σχέτλι' Ἔρως, μέγα πῆμα,
448 δυσμενέων ἐπὶ παισί
522 ἥρωες δ', ὅτε δή σφιν (= I 1012)
587 ἀργαλέας, ὅτε μή
616 χωόμενος περὶ παιδί,
639 εἰσβαλέειν, τόθεν οὔ κεν
649 μεσσότατον δ' ἄρα τοί γε
675 ἐκ σταθμῶν ἅλις εἶσιν
682 ἥρωας δ' ἕλε θάμβος
720 καὶ δ' αὐτὴ πέλας ἷζεν
722 ἠδ' ὁπόθεν μετὰ γαῖαν
741 ἐκφυγέειν· τάχα δ' εἶσι
742 τισόμενος φόνον υἷος,
851 τοὺς δ' εὗρεν παρὰ νηί (= 1124)
879 χωσαμένη· μετὰ δ' οὔ τι
906 Βιστονίην ἐνὶ χερσίν
938 Ἀργῴῃ περὶ νηί,
949 παρθενικαί, δίχα κόλπον
955 πετράων· περὶ δέ σφιν
973 Λαμπετίη δ' ἐπὶ βουσίν
977 κυανέη μετὰ τῇσι
1052 ἠνορέης, ὅτε μοῦνοι
1080 ἀάσθη, ὅτε πρῶτα
1095 ὀρφναίῃ ἔνι χαλκόν
1112 ἐκ λεχέων ἀνὰ δῶμα·
1124 τοὺς δ' εὗρεν παρὰ νηί (= 851)
1127 ἡρώων· μάλα γάρ σφιν
1154 Μηδείης, ὅθι τούς γε
1179 ἰθείας ἀνὰ ἄστυ
1217 Μοιράων δ' ἔτι κεῖσε
1221 Ἀρήτη· μετὰ δ' αὖτε
1259 ὣς ἄρ' ἔφη· μετὰ δ' αὐτός
1262 ἔστ' ἄτης· πάρα δ' ἄμμι
1274 φαίνοιεν· πάρα γάρ οἱ
1321 πλαζόμενοι κατὰ πόντον
1381 Μουσάων ὅδε μῦθος·
1503 νηλειὴς ἕλε πότμος·
1509 ζωόντων, ὅσα γαῖα

1512 φαρμάσσοι, ὅτε μοῦνον
1580 τόφρ' αὐτὴν παρὰ χέρσον
1590 εἰσβαίνειν· μετὰ δ' οὔ τις
1604 ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ θοόν ἵππον
1619 ἥρωες, τέρας αἰνόν
1690 ἥρωες· μετὰ δ' οἵ γε
1763 Καλλίστην ἐπὶ νῆσον,
1767 ὑδρείης πέρι δῆριν

Videmus igitur Apollonium nostram regulam esse secutum in 205 versibus (= 3,51 %); in singulis autem Argonauticorum libris res ita se habet, ut in libro I inveniantur versus ex regula formati 50 (= 3,67 %), in II 38 versus (= 2,96 %), in III 53 versus (= 3,77 %) in IV 64 versus (= 3,59 %); frequentissime reperiuntur versus huius modi in III libro. Uno vocabulo sive choriambico sive molossico versus pars quae exstat ante caesuram semiternariam continetur in primo libro 35 iens, in altero 30 iens, in tertio 38 iens, in quarto 52 iens. Quomodo Apollonius in singulis libris vocabula choriambica et molossica distribuerit, facilius ex hac tabula cognoscas:

	in l. I	l. II	l. III	l. IV	I—IV
Vocabula:					
a) choriambica	23	11	20	24	78
b) molossica	12	19	18	28	77

Qua ex tabula apparet Apollonium in universum quidem vocabula choriambica fere totidem admisisse quot molossica; at tamen hac in re inter sese differunt singuli libri qua de causa alterum breviter comparare cum altero operae erit pretium. Ac primum quidem in libris primo et altero eam est secutus rationem Apollonius, ut in primo multo saepius verba choriambica adhibuerit quam molossica, cum altero in libro mirum in modum molossicae voces numero superent choriambicas; imprimis autem valde differt liber primus a quarto; in illo enim voces molossicae 12 iens tantum (0,88 %) occurrunt, cum in hoc eis sit usus 28 locis (1,57 %) poeta; choriambicae autem voces saepius reperiuntur, quamquam in altero fere totidem occurrunt quot in altero, inter centenos versus in

libro primo (1,69 %) quam in quarto (1,35 %). Mirum fortasse videtur quod Apollonius in quarti libri altero dimidio i. e. inde a versu 1080 usque ad carminis finem verba choriambica versu 1321 πλαζόμενοι κατὰ πόντον excepto plane evitavit (cf. p. 27).

Iam videamus quaenam ratio intercedat inter vocabula choriambica et molossica quod ad mensuram ultimae syllabae eorum pertinet; primum de vocibus choriambicis, deinde de molossicis agendum erit.

Positione[1]) ultima syllaba verborum choriambicorum producitur in his hexametris:

I 1 Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε,
„ 943 Γηγενέες, μέγα θαῦμα
„ 1255 σπερχόμενον μετὰ νῆα
II 64 ἀμφέδεον, μάλα πολλά
„ 357 ἀγχίμολον δ' ἐπὶ τῇ πολέας
„ 945 Αἰγιαλὸν πρόπαν ἦμαρ
III 497 τετράγυον δ' ἐπὶ τοῖσιν
„ 607 χωόμενος· μέγα δέ σφιν
„ 1329 δειδιότες μέγα λαῖφος
IV 7 παννύχιος δόλον αἰπύν
„ 171 γηθόσυνος μέγα κῶας
„ 616 χωόμενος περὶ παιδί,
„ 649 μεσσότατον δ' ἄρα τοί γε
„ 742 τισόμενος φόνον υἷος,

In ceteris omnibus versibus ultima syllaba natura producta est. Inter vocabula molossica quorum ultima syllaba positione producitur in censum veniunt:

I 4 χρύσειον μετὰ κῶας
„ 40 Λάρισαν δ' ἐπὶ τοῖσιν
„ 230 κίκλησκον μάλα πάντας,
„ 1012 ἥρωες δ', ὅτε δή σφιν
II 157 ῥέξαντες μέγα δόρπον
„ 394 Μάκρωνες· μετὰ δ' αὖ
„ 396 Βύζηρες δ' ἐπὶ τοῖσιν
„ 572 οὐραῖα πτερὰ ταί γε
„ 588 Εὔφημος δ' ἀνὰ πάντας

1) cf. G. Hermann Orph. p. 703 sqq.

II 852 ἥρωες τότε τύμβον
„ 944 γνάμψαντες παρὰ πουλύν
„ 1151 γηραιὸς θάνε Φρίξος
„ 1159 ἐξαῦτις κατὰ μοῖραν
III 419 αὐτῆμαρ τόδε κῶας
„ 1147 πείρηθεν· μετὰ δ' αὖτε
IV 77 ἥρωες μετὰ τήν γε
„ 363 λυγρῇσιν κατὰ πόντον
„ 402 μίξαντες δαΐ χεῖρας
„ 439 χρύσειον μέγα κῶας
„ 522 ἥρωες δ', ὅτε δή σφιν
„ 682 ἥρωας δ' ἕλε θάμβος
„ 1274 φαίνοιεν· πάρα γάρ οἱ
„ 1619 ἥρωες, τέρας αἰνόν
„ 1690 ἥρωες· μετὰ δ' οἵ γε.

Quae restant voces ultimam syllabam natura productam habent.

Quo facilius quomodo haec res in Argonauticis se habeat intellegatur has duas proponam tabulas:

Tab. I.

	l. I	l. II	l. III	l. IV	l. I—IV
Choriamb. verb. ultima syllaba producitur:					
a) positione	3	3	3	5	14
b) natura	20	8	17	19	64

Tab. II.

	l. I	l. II	l. III	l. IV	l. I—IV
Molossic. verb. ultima syllaba producitur:					
a) positione	4	9	2	9	24
b) natura	8	10	16	19	53

Quibus ex tabulis cognoscimus Apollonium multo rarius (14 iens) verba quorum ultima syllaba brevis est choriambica in caesura posuisse semiternaria quam vocabula eiusdem generis molossica (24 iens). Voces autem choriambicae in syllabam natura productam exeuntes paulo saepius occurrunt quam eiusdem generis molossicae; de usu verborum molossicorum in singulis libris nihil dicendum est nisi imprimis tertio in libro longe ea recedere ab illis in quibus natura producitur ultima syllaba. Iam si breviter hac in re Apollonium comparamus cum Arato et Callimacho, eum fere eandem adhibuisse rationem atque illos videmus qui ipsi quoque ut supra demonstravimus satis raro voces choriambicas vel molossicas in syllabam brevem desinentes admiserunt. (cf. p. 10 et 18). Sed cum Aratus et Callimachus nunquam vocabulum choriambicum vel molossicum quod in brevem exit vocalem in caesura semiternaria posuerint, Apollonius talem versum uno loco sibi indulsit:

II 572 οὐραῖα πτερὰ ταί γε.

Accedamus ad eos versus in quibus verba ante caesuram semiternariam posita vinculo quodam grammatico conectuntur, ut paene unius vocis instar fiant. Elisione[1]) arte cohaerent I 794 ἧσθ' αὔτως, 1342 ἀλλ' ἑτάρου, II 777 οἶδ' ἐσιδών, III 25 δεῦρ' ἴομεν, 608 ἠδ' αὐτούς, 945 τῷδ' αὐτῷ, 1041 οὐδ' αὐτός, IV 445 σχέτλι' Ἔρως, 722 ἠδ' ὁπόθεν, 1262 ἔστ' ἄτης, 1580 τόφρ' αὐτήν; vocibus encliticis procliticisque seiungi non possunt I 701 ἤδη κεν, 820 εἰσόκε τις, II 422 ἐξ Αἴης, III 94 οὐκ ὄθεται, 115 οὐκ οἶον, 188 πολλάκι τοι, 1105 Ἑλλάδι που, 1164 ἐν χώρῃ, IV 675 ἐκ σταθμῶν, 1112 ἐκ λεχέων; quibus versibus ii addendi sunt in quibus ante caesuram semiternariam tres voculae eadem ratione arte inter sese coniunctae occurrunt: I 171 αἴ κέν πως, 526 ἐν γάρ οἱ, 974 ἀλλ' ἔτι οἱ, II 561 σὺν δέ σφιν, 1174. οὐ δέ σφιν, III 511 εἰ δ' οὔ τοι, IV 419 ἔνθ' εἴ τοι, 1604 ὡς δ' ὅτ' ἀνήρ.

Vocabula monosyllaba prima in versus thesi collocata quae ratione quadam grammatica non coniunguntur cum voce sequenti Apollonius etiamsi non saepe tamen admisit, cuius modi versus Aratus et Callimachus, ut supra vidimus (cf.

1) De elisionis usu apud Apoll. Rhod. cf. Fr. Beneke, Beiträge zur Metrik d. Alex. 1884.

p. 9 et 17 sq.), aegre sibi permiserunt. Nonnulli hexametri in Argonauticis imitatione Homerica explicantur: I 774 βῆ δ' ἴμεναι[1]), 565 κὰδ δ' αὐτοῦ[2]), IV 1259 ὣς ἄρ' ἔφη[2]); uno loco occurrit ἤ particula quae anaphorae figura exusatur:

II 1019 . . . . . ἢ ἐνὶ δήμῳ
II 1020 ἢ ἀγορῇ, τάδε πάντα . . . .

Coniunctio καί hoc loco quater reperis: I 185 καὶ δ' ἄλλω, III 18 καὶ δ' αὐτήν, III 66 καὶ δ' ἄλλως, IV 720 καὶ δ' αὐτή; δή particula semel tantum invenitur: I 237 δὴ τότ' ἴσαν; perpauci restant versus: I 299 τῶν μοῖραν, II 497 τοὶ δ' αὐτοῦ, 833 τὸν δ' ἕταροι, 1088 ὣς πυκινά, III 1054 (= 1354) οἱ δ' ἤδη, 1277 τὸν δ' αὐτοῦ, IV 851 (= 1124) τοὺς δ' εὗρεν.

Iam pauca dicenda sunt de iis versibus in quibus quae vocatur trithemimeres caesura voce monosyllaba efficiatur, cuius generis occurrunt in primo libro 22 (= 1,61 %) versus, in altero 12 (= 0,93 %) versus, in tertio 13 (= 0,92 %) versus, in quarto 19 (= 1,06 %) versus. Nomen substantivum unius syllabae in hac caesura non usurpavit Apollonius nisi in versu I 508 ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσί qui et nomine proprio et anaphorae figura satis excusatur; pronomina autem relativum, demonstrativum, possessivum duodeciens reperiuntur hoc loco; I 88, 101, 138, 423, 637, 960, 1264, II 695, III 170, 256, 1119, IV 280; καί vocula quinquiens legitur: I 456, 534, 659, II 1138, IV 1140, δή septiens: I 655, 694, II 713, 851, III 1201, IV 1242, 1432; νῦν sexiens: I 415, 466, 487, 832, III 151, IV 783; particulis μέν, δέ, γάρ ita usus est Apollonius, ut μέν noviens: I 1088, II 155, 1047, III 176, 568, IV 44, 199, 414, 966, δέ ter I 1042, 1057, II 837, γάρ mirum in modum semel tantum IV 259 adhibuerit; ἤ particulam quater reperis I 1337, III 891, IV 1673, 1749; voculas μήν et ἤν ternis locis exstant, μήν II 248, 812, IV 277, ἤν I 898, II 288, III 1069; binis locis occurrunt αὖ I 253 et IV 624, μή III 637 et IV 1324, ὦ IV 1031 et 1383; reliquae voces monosyllabae singulis exstant locis: I 508 Ζεύς, II 931 κάδ, 1036 οἵ, III 527 ἤ, 1303 ὥς, 1346 ἄψ, IV 1255 ἦν, 1451 τῇ. Quo-

1) Hom. θ 303, φ 8.
2) Quam saepe Homerus praepositionem epicam κάδ et ὣς ἄρ' ἔφη vocabula usurpaverit, nemo nescit.

rum versuum prima sedes longe saepissime expletur dactylo (43 iens), ceteri a spondeo incipiunt (23 iens); quod ad vocabula ipsa in hac sede collocata spectat, Apollonius paulo saepius usurpavit dactylica (25 iens) quam spondiaca (18 iens).

§ 4. Nicandri Colophonii duo carmina, quae inscribuntur Θηριακά et Ἀλεξιφάρμακα, et fragmenta oportet iam perlustremus. In Theriacis regulae repugnant tres tantum versus:

398 ξανθός, ἐπὶ τρία δῶρα
762 στεγνὰ δέ οἱ πτερὰ πάντα
936 ἦμος ὅτε θρόνα πάντα

verba ἦμος ὅτε in versu 936 quantum scio nullus poeta Alexandrinus praeter Apollonium Rhodium (Arg. IV 267 ἦμος ὅτ' Ἠερίη, IV 452, 1310) admisit qua de causa veri est simile Nicandrum auctoritate illius adductum hanc verborum compositionem satis raram sibi indulsisse. Propter duas voces monosyllabas nihil offensionis habet v. 493 Τῶν μὲν ἐγὼ θρόνα πάντα. In Alexipharmacis imitatione Homerica excusari versum 9 αὐτὰρ ἐγώ, τόθι παῖδες non negabis; restant tres quoque versus contrarii:

23 πρῶτα κόλων, ὅθι πᾶσα
62 καί τε βοὸς νέα γέντα
574 σάρκα πόροις, ὁτὲ πίσσαν[1]).

Nomine proprio quin excusationem accipiant in fragmentis duo versus dubium non est:

26,1 καί τις Ἄθω τόσον ὕψος
104,3 Ἄτταλ', ἐπεὶ σέο ῥίζαν.

Versus qui ex regula formati sunt nunc afferam.

I. in Theriacis:

16 ἀχράντων ὅτε χερσί
27 ἐσχατιῇ, ὅθι πλεῖστα
67 ἀργεννὴν ὑπὸ πέζαν,
71 ἄγνου τε βρύα λευκά,
167 λευγαλέον δ' ἀνὰ μέσσα

1) In versibus interpolatis (611—630) unus exstat versus contrarius· 628 πῶμα βροτοῖς· τόδε γάρ τε.

186 Ἐχθρῶν που τέρα κεῖνα
189 ὑπνηλὸν δ' ἐπὶ νῶκαρ
190 Ἰχνεύμων δ' ἄρα μοῦνος
254 ὠχραίνων δέμας ἀμφίς·
310 Αἰνελένη, ὅτε νῆα
316 Τῷ δ' Ἑλένη μέσον ὁλκόν
343 Ὠγύγιος δ' ἄρα μῦθος
426 Τοῦ δ' ἤτοι περὶ τύμμα
486 Καλλίχορον παρὰ φρεῖαρ,
540 ἢ οἴνης· ῥέα δ' αὖτε
619 φαρμάσσων μέθυ κεῖνο
624 ἐμπισθέν, τοτὲ δ' οἴνου
654 σκορπιόεν, τοτὲ δάχματ'
671 κνυζηθμὸν κυνὸς οὖλον
737 Ἄκμητον δ' ἐπὶ τύμμα
750 αἰθαλέη δ' ἐπὶ τυτθόν
752 Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες
795 μυοδόκοις, ἵνα τέκνα
871 αὐχενίους ἵνα λεπτά
898 οἰάνθης βρύα λευκά
929 εἰσόκε τοι μένος οἴνου

II. in Alexipharmacis:

5 αὐδήσαιμ', ἅτε φῶτας
14 φύουσιν, τόθι χάσμα
34 Νυσαίην ἀνὰ κλιτύν
44 πιμπλαμένης, ὅτε νέκταρ
103 Κηφῆος νέα δῶρα,
105 Λαγγείης πόμα κεῖνο
120 τεύχουσιν, τοτὲ δ' αὖτε
123 θώρηκος τόθι χόνδρος
185 πιοτέρην ὅτε βότρυν
202 νείμειας, τοτὲ νέκταρ
206 ἀφριόεν νέμε τεῦχος
270 νείαιραν τόθι σάρκα
289 εἰδόμενον, τοτὲ δ' αὖτε
299 ἐνστῦφον πόμα κεῖνο
325 ἢ ἐρίφου τοτὲ δ' ἂν σύ
342 τυμπανόεις ἀνὰ μέσσον

422 φαίνοντες, τότε κνηθμός
445 τινθαλέῳ, τοτὲ δ' ἔργα
451 βοσκόμεναι θύμα ποσσί
484 νείμειας, τοτὲ δάκρυ
512 νείμειας, ποτὲ δαῖτα
516 ἢ αὐτὴν ἅλα βάπτε,
532 ἢ λίτρον, τοτὲ φύλλον
556 ἀλθαίνει, τοτὲ νέρθε
590 οἰκείη, τόθι λεπτά
595 λήσειεν τότε γαστρί

III. in fragmentis:

70,11 αὐήνας ἐπὶ τυτθόν,
105,3 Μεσσάνας ὑπὸ τεῖχος[1]).

Inveniuntur igitur in carminibus Nicandreis 54 versus (= 3,10 %) in quibus observata est haec regula; in Theriacis quo in carmine quamquam tot exempla (26) reperis quot in Alexipharmacis rarius huius generis versus occurrunt (2,71 %) quam in Alexipharmacis (4,26 %). Unum vocabulum sive choriambicum sive molossicum ante caesuram semiternariam exstat in Theriacis 20 iens, in Alexipharmacis 23 iens; cum in Theriacis alterum alteri non praetulerit poeta – utroque enim denis locis usus est — in Alexipharmacis multo saepius adhibuit verba molossica (16 iens) quam choriambica (7 iens). Quorum verborum quod ad mensuram ultimae syllabae pertinet in Theriacis quidem fere eandem secutus est rationem Nicander atque Aratus, Callimachus, Apollonius, quos hanc syllabam saepius natura produxisse vidimus. Octiens enim positione producitur in Theriacis ultima (167. 189, 343, 486, 624, 654 671, 737) et duodeciens natura (16, 27, 67, 190, 254, 310, 619, 750, 752, 795, 871, 898); in Alexipharmacis autem mirum in modum saepius usurpavit illas voces quarum ultima positione producta est (13 locis: 14, 103, 120, 123, 202, 206, 270, 289, 299, 422, 484, 512, 595) quam quarum natura longa est ultima (10 locis: 5, 34, 44, 105, 185, 342, 445, 451, 556, 590).

---

1) frg. 5, 4 Σικελίης, ὅθεν Ὀρτυγίαι quamquam legi non repugnat in censum venire non potest, cum ab Ottone Schneider ita ex sermone soluto sit restitutus. cf. p 22 Schneid.

Vocabulum vero choriambicum aut molossicum quod exit in vocalem brevem nunquam in hunc locum admisit[1]). Totam hanc rem facilius cognoscas ex hac tabula:

	in Theriacis	in Alexiph.
occurrunt:		
a) voces choriambicae	10	7
b) voces molossicae	10	16
vocum chor. ultima producitur:		
a) positione	4	2
b) natura	6	5
vocum mol. ultima producitur:		
a) positione	4	11
b) natura	6	5

De reliquis versibus breviter agendum est; voce enclitica duo verba ante caesuram semiternariam posita in unum coalescunt vocabulum tribus locis Theriacorum: 71 ἄγνου τε, 186 ἐχθρῶν που, 929 εἰσόκε τοι. In Alexipharmacis tales versus frustra quaeres; elisione autem vel voce proclitica neque in Theriacis neque in Alexipharmacis duo vocabula inter se conectuntur. Vox monosyllaba quam sequitur verbum ana paesticum vel spondiacum tribus locis occurrit in Theriacis: 316 Τῷ δ' Ἑλένη, 426 τοῦ δ' ἤτοι, 540 ἢ οἴνης, in Alexipharmacis nisi ἤ particula nulla alia vox monosyllaba invenitur: 325 ἢ ἐρίφου, 516 ἢ αὐτήν, 532 ἢ λίτρον.

In caesura quae vocatur trithemimeres satis raro posita est vox monosyllaba: in Theriacis quattuor tantum locis: 286 (μέν), 446 (γάρ), 787 (ὅς), 792 (καί), et in Alexipharmacis vel uno tantum loco: 584 (τοῖς); accedunt duo exempla quae in fragmentis exstant 74,18 (δέ) et 105,5 (μέν).

Denique mihi commemorandum est Nicandrum in iis quoque versibus in quibus alterius pedis arsis duabus vocibus monosyllabis efficiatur regulam diligenter observasse; huc pertinent:

1) cf. pp. 10, 18, 31 diss.

Ther. 242 Σηπεδόνες δέ οἱ ἀμφίς
" 549 θηλάζων, τὸ δὲ πέσκος
" 725 Ἀστέριον δέ φιν ἄλλο
" 729 Κυάνεον δέ τοι ἄλλο
" 799 Ἔχθιστος δ', ὅ τε ῥαιβά
" 832 δενδρείου, τό τε πολλόν
Alex. 156 ἰρινέῳ, τό τε πολλόν
" 246 χραίνουσιν· τὰ δὲ πολλόν
" 279 Ἰξιόεν δέ σε μή τι
" 336 λήσειεν, σὺ δὲ φῶτα
" 476 τηκόμεναι, ὃ δὲ δόρπα
" 594 Ἐχθραλέον δέ σε μή τί

Monosyllabum in prima versus thesi collocatum rursus (cf. p. 36) nullum aliud occurrit nisi ἤ particula in Alexipharmacis:

109 ἢ πτελέης, ὅ τε πολλόν
332 ἢ πέπεριν, τά τε βλαστά.

§ 5. Ad poetas illius aetatis bucolicos transeamus, Theocritum[1]), Pseudotheocritum, Moschum, Bionem. Incipiamus a Theocriti carminibus genuinis. Atque primum quidem de iis versibus qui ab hac regula abhorreant agendum est, quorum nonnulli sunt excipiendi: Nomine proprio excusatur I 120 Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος; imitatio Homerica praebet satis magnam excusationem v. XXIV 122 αὐτός, ἐπεὶ μάλα πολλά; quam saepe eodem versus loco verba ἐπεὶ μάλα πολλά apud Homerum occurrant non habeo quod dicam; Homerum secutus est Theocritus etiam in eiusdem carminis versu 15 ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδόν; ille enim dicit δ 336 ὦρσε δ' ἐπὶ μέγα κῦμα, 385 ὦρσε δ' ἐπὶ κραιπνόν (cf. μ 313, I 539); anaphorae figura autem et explicatur et excusatur VI 24:

VI 23 – ◡ ◡ αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων
VI 24 ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, . . .

1) Magni momenti non esse arbitror in hac quaestione utrum carmen quoddam Theocriteum sit bucolicum an epicum an mimicum; cf. C. Kunst, De Theocriti versu heroico, diss. Vindob. 1887; C. Kunst, Der Hexam. d. Theocrit (Rossbach Spec. griech. Metr. p. 849); Fr. Jaeckel, De poetarum Siculorum hexametro, diss. Lips. 1902.

XXIV 92 νυκτὶ μέσᾳ, ὅκα παῖδα inde sine dubio excusationem habet quod verba νυκτὶ μέσᾳ tam arte cohaerent ut paene unum sentiantur vocabulum. In eiusdem carminis versu 75 ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος propter duas voces monosyllabas offendere non licet. Restant tres tantum versus qui legi repugnant:

II 104 ἄρτι θύρας ὑπὲρ οὐδόν
XV 17 ἦνθε φέρων ἅλας ἄμμιν,
XXIV 79 τοῖος ἀνὴρ ὅδε μέλλει

Accedamus ad ea exempla in quibus regula observata est; huc pertinent:

I 3 συρίσδες· μετὰ Πᾶνα
" 59 οὐδέ τί πω ποτὶ χεῖλος
" 66 πῇ ποκ' ἄρ' ἦσθ', ὅκα Δάφνις
" 141 τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα
II 3 ὡς τόν μοι βαρὺν εὔντα[1])
" 8 βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο
" 97 τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο
III 1 Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα
" 10 ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα
" 40 Ἱππομένης ὄκα δή
" 54 ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο
IV 27 εἰς Ἀίδαν, ὅκα καί
" 39 λασεύμεσθ'. ὅσον αἶγες
V 39 καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ τεῦς τι
VII 4 κ' Ἀντιγένης, δύο τέκνα
" 82 οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα
XI 52 καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦς
" 55 ὡς κατέδυν ποτὶ τὶν καί
XII 14 τὸν δ' ἕταρον πάλιν, ὡς
" 16 χρύσειοι πάλιν ἄνδρες.
" 30 αἰεί οἱ περὶ τύμβον
XIII 13 σεισαμένας πτερὰ ματρός
" 14 ὡς αὐτῷ κατὰ θυμόν
" 32 ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα
" 49 Ἀργείῳ ἐπὶ παιδί.
XIV 4 χὠ μύσταξ πολὺς οὗτος

1) ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὔντα Wil.

XIV 11 πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν
" 22 οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες;
XV 133 οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀϊόνι
XVI 54 δηναιὸν κλέος ἔσχεν,
" 84 εἴληχας μέγα ἄστυ
" 86 Σαρδόνιον κατὰ κῦμα
" 89 δυσμενέων ὅσα χεῖρες
XVII 6 ῥέξαντες καλὰ ἔργα
" 18 δέδμηται· παρὰ δ' αὐτόν
" 59 δεξαμένα παρὰ ματρός,
" 73 Ζηνός που τόδε σᾶμα·
" 79 ἀλλ' οὔτις τόσα φύει,
" 101 θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσίν
" 107 μυρμάκων ἅτε πλοῦτος
XVIII 7 ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι
" 17 ἐς Σπάρταν, ἅπερ ὦλλοι
" 29 πιείρᾳ μέγα λᾷον
XXII 10 οἵ δέ σφεων κατὰ πρύμναν
" 32 ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα (= XIII 32)
" 79 Μαγνήσσης ἀπὸ νηός
" 84 ὁππότερος κατὰ νῶτα
" 85 ἰδρείῃ μέγαν ἄνδρα
" 125 ἐκ δ' ἐχύθη μέλαν αἷμα
" 130 ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας,
" 142 ἐκ δίφρων ἅμα πάντες
" 154 οὐχ οὕτω, φίλοι ἄνδρες,
" 199 ὡρμήθη ποτὶ σῆμα
XXIV 5 Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον
" 22 Ἀλκμήνας φίλα τέκνα,
" 38 ἦ οὐ νοέεις, ὅτι νυκτός
" 40 ἔστι τί μοι κατὰ δῶμα
" 46 ἀμφιλαφὴς δ' ἄρα παστάς
" 64 ὄρνιθες τρίτον ἄρτι
" 65 Τειρεσίαν τόκα μάντιν
" 69 αἰδόμενος ἐμὲ κρύπτε·
" 70 ἀνθρώποις ὅτι Μοῖρα
" 80 ἀμβαίνειν τεὸς υἱός,
" 103 Ἡρακλέης δ' ὑπὸ ματρί

Theocritus quin nostram regulam metricam noverit atque diligenter observaverit dubitari non posse videmus; occurrunt enim in eius carminibus 64 versus (= 3,31 %) qui ex regula sunt compositi. Uno solo vocabulo versus pars ante caesuram semiternariam 39 iens expletur ita ut choriambica in 14 versibus molossica in 25 versibus adhibuerit; apparet igitur Theocritum multo saepius usurpasse molossica quam choriambica verba. Qua in re si cum Arato Callimacho Apollonio comparamus eum non eandem esse secutum rationem in usu horum verborum cognoscimus; illi enim, ut supra vidimus, omnes choriambica paulo saepius admiserunt[1]). Quorum verborum in mensura ultimae syllabae non differt Theocritus ab illis poetis Alexandrinis, cum etiam rarius positione produxerit hanc syllabam quam natura; nam in 15 tantummodo versibus ultima producitur positione qui sunt: I 3 συρίσδες, II 97 τήρησον, IV 39 λασεύμεσθ', XI 52 καιόμενος, XIII 32 ἐκβάντες, XV 133 οἰσεῦμες, XVI 54 δηναιόν, 84 εἴληχας, 86 Σαρδόνιον, XVII 6 ῥέξαντες, XVIII 7 ἄειδον, XXII 32 ἐκβάντες, 84 ὁππότερος, XXIV 64 ὄρνιθες, 69 αἰδόμενος; reliqua omnia hanc syllabam natura productam praebent. Vocabulum vero quod in vocalem brevem desinit choriambicum aut molossicum Theocritus sicut ceteri Alexandrini non usurpavit. Elisione duae voces ante caesuram semiternariam in uno vel fortasse duobus versibus inter se cohaerent: XIV 11 πάντ' ἐθέλων et VII 4 κ' Ἀντιγένης; vocibus autem encliticis procliticisque satis saepe conectuntur duo verba a Theocrito: III 10 ἠνίδε τοι, IV 27 εἰς Ἀίδαν, VII 82 οὕνεκά οἱ, XI 55 ὡς κατέδυν, XII 30 αἰεί οἱ, XIII 14 ὡς αὐτῷ, XIV 22 οὐ φθεγξῇ, XVII 73 Ζηνός που, XVIII 17 ἐς Σπάρταν, XXII 142 ἐκ δίφρων, 154 οὐχ οὕτω, XXIV 38 ἢ οὐ νοέεις, XIV 4 χὠ μύσταξ; addendi sunt versus in quibus tres vel quattuor occurrunt voculae arte inter sese coniunctae: I 59 οὐδέ τί πω, II 3 ὡς τόν μοι, III 54 ὡς μέλι τοι, XVII 79 ἀλλ' οὔτις, XXII 125 ἐκ δ' ἐχύθη, XXIV 40 ἔστι τί μοι, I 66 πῆ ποκ' ἄρ' ἦσθ', ὅκα; articulus seiungi non potest a voce sequenti XII 14 τὸν δ' ἕτερον neque dirimis XXII 10 οἳ δέ σφεων. Restant duo tantum versus in quibus

---

1) cf. pp. 9, 16, 28 diss.

in primae sedis thesi exstat monosyllabum: V 39 καὶ πόκ' ἐγών et I 141 τὸν Μοίσαις φίλον.

Pauca dicenda sunt de versibus Theocriteis quorum caesura semiternaria efficitur voce monosyllaba; cuius generis inveniuntur 21 versus. Memorandum est Theocritum, id quod ceteri omnes Alexandrini plane evitaverunt, hac in caesura nomen substantivum vel verbum unius syllabae ponere non dubitasse (cf. p. 32):

II 140 καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτί
IV 41 θαρσεῖν χρή, φίλε Βάττε·
XVIII 27 πότνια νὺξ ἅτε λευκόν
XXII 54 χαῖρε ξεῖν', ὅτις ἐσσί.
XXIV 48 οἴσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον

Qui restant versus praebent hoc loco particulas; binis locis leguntur καί (II 21 et XXII 81), δή (XV 29 et XXII 115), ἤ (XVII 117 et XXII 54); singulis occurrunt locis ταί II 35, τᾶς V 102, τό XI 56, τόν XV 11, τᾶν V 57, τάς V 65, αὖ I 37, ὦ XII 1, ὥς XIII 24, δέ XXII 126.

Iam agendum erit de carminibus Pseudotheocriteis. Legi repugnant tres tantum versus ex quibus unus imitatione Homerica excusatur: XXV 206 αὐτὰρ ἐγὼ κέρας ὑγρόν; alter praebet duas voces monosyllabas initio versus: XXVII 32 ἦν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα; tertius est versus XXI 60 ἀλλὰ μενεῖν ἐπὶ γᾶς. Statuendum igitur est in his quoque carminibus valere regulam. Versus qui ad legem pertinent sunt:

VIII 64 μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκός
IX nullum occurrit exemplum.
XIX nullum occurrit exemplum.
XX 22 ὡς κισσὸν ποτὶ πρέμνον
„ 34 οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις
„ 41 ὦ Κρονίδα διὰ παῖδα
XXI 7 στρωσάμενοι βρύον αὖον
„ 47 τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος
„ 49 πῶς ἀνελῶ μέγαν ἰχθύν
XXIII 49 ὧδ' εἰπὼν λίθον εἷλεν,
XXV 14 πάντεσσιν νομοὶ ὧδε
„ 40 οἷόν τοι μέγα εἶδος
„ 60 ἀλλ' ἴομεν μάλα πρός μιν·

XXV 65 ἆψ δ' ὄκνῳ ποτὶ χεῖλος
„ 75 ἠπείλει μάλα πᾶσιν,
„ 93 οὐδ' ἄνυσις· τόσα γάρ τε
„ 101 εἱστήκει παρὰ βουσίν
„ 108 Αὐγείης δ' ἐπὶ πάντας
„ 142 ὅς δή τοι σκύλος αὖον
„ 144 χρίμψασθαι ποτὶ πλευρά
„ 160 Αὐγείω φίλος υἱός
„ 213 νευρειήν, περὶ δ' ἰόν
„ 238 ἀλλ' οὐδ' ὧς ὑπὸ βύρσαν
„ 253 μαιμώων χροὸς ἆσαι·
„ 274 ἀργαλέον μάλα μόχθον,
XXVI nullum occurrit exemplum.
XXVII 8 μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε
„ 14 τὴν σαυτοῦ φρένα τέρψον·
„ 40 αἰνήσει σέο λέκτρον,
„ 45 δεῖξόν μοι τεὸν ἄλσος[1].

Reperiuntur igitur 27 versus ex regula formati (= 3,91 %); prior versus pars usque ad caesuram semiternariam 11 iens uno vocabulo continetur, choriambico bis tantummodo, molossico noviens; ultima eorum syllaba positione producitur duobus in versibus: XXV 14 πάντεσσιν et 274 ἀργαλέον. Vocabulum choriambicum vel molossicum quod in brevem exit vocalem non occurrit. Elisione paene unum fiunt verbum XXIII 49 ὧδ' εἰπών, XXV 60 ἀλλ' ἴομεν, 93 οὐδ' ἄνυσις, 238 ἀλλ' οὐδ' ὥς; addendus est VIII 64 μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι; vocibus encliticis procliticisque conexa sunt verba XX 22 ὡς κισσόν, 34 οὐκ ἔγνω δ', ὅτι; XXV 40 οἷόν τοι, XXVII 45 δεῖξόν μοι; dirimi non possunt voces XX 41 ὦ Κρονίδα et XXI 47 τὸν κάλαμον; vox monosyllaba exstat in prima versus thesi XXI 49 πῶς ἀνελῶ, XXV 65 ἆψ δ' ὄκνῳ, 142 ὅς δή τοι, XXVII 8 μὴ καυχῶ, 14 τὴν σαυτοῦ.

Caesura semiternaria voce monosyllaba efficitur in 15 hexametris; nomen substantivum hoc loco non exstat, semel autem στάς verbum (XXIII 48); in reliquis particulas reperis.

1) δεῖξον ἐμοὶ τεὸν ἄλσος Wil.

§ 6. Restant carmina bucolica Moschi[1]) et Bionis; in Moschi carminibus quae Ἔρως δραπέτης et Εὐρώπη inscribuntur et in fragmentis apud Stobaeum servatis (p. 138 Wil.) haec regula metrica non valet; inveniuntur enim 9 tantum versus ex regula compositi, 6 autem hexametri qui ab hac lege abhorrent: in carm. Ἔρως δραπέτης (p. 120 Wil.): v. 18 τόξον ἔχει μάλα βαιόν, v. 28 ἢν δὲ λέγῃ λάβε ταῦτα, v. 29 μὴ τὺ θίγῃς πλάνα δῶρα; carminis Εὐρώπη (p. 131 Wil.) versus 146 ὤμοι ἐγὼ μέγα δή τι[2]); frg. I 11 αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος[3]), III 3 ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα; nullius sunt momenti quod excusantur imitatione Homerica. Dubium autem videtur, num in carmine Bionis, quod sitne re vera Bionis nescimus, Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος inscripto (p. 122 Wil.) eiusque fragmentis (p. 140 Wil.) observata sit regula; occurrunt enim duo tantum versus contrarii: illius versus 25 ἀμφὶ δέ μιν μέλαν αἷμα qui excusatur imitatione Homerica, et frg. V, 7 μάρτυς ἐγών, ὅτι μῦθος. Secutus est regulam Bio in 7 versibus:

carm. Ἐπιτ. Ἀδ. v. 10 χιονέας κατὰ σαρκός,
„ „ „ 78 ὀλλύσθω μύρα πάντα,
frg. V 6 ἐς τῆνον μάλα πᾶσαι
„ VI 4 μέλπειν μοι φίλε βοῦτα
„ IX 1 Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος
„ „ 5 τὼς καλάμως ἅμα πάντας
„ XIV 12 οὐκ ἐθέλω θέρος ἦμεν,

Caesura semiternaria septiens voce monosyllaba efficitur: c. Ἐπιτ. Ἀδ. v. 5 (καί), 18 (μέν), 29 (τόν), 30 (μέν), 73 (τεῦς). frg. II 1 (ὦ), V 8 (γάρ).

1) De Moschi et Bionis re metrica v. W. Stern, De Moschi et Bionis aetate 1893 (diss. Tubing.).
2) cf. Hom. Λ 404, Σ 6, Ω 255, ε 356, 465.
3) cf. Hom. Α 118, Φ 157, γ 351, η 151, κ 25.

Quo facilius intellegatur quomodo tota haec res se habeat in carminibus poetarum bucolicorum hanc proponam tabulam:

	Theocritus	Pseudo-theocritus	Moschus	Bio
Versus pars usque ad caes. semit. una vel compluribus vocibus arte inter se coniunctis continetur:	62	22	5	6
In prima thesi monosyllabum quod sequitur vox anapaestica sive spondiaca posita est:	2	5	4	1
Caesura semit. efficitur voce monosyllaba:	21	15	1[1])	7
Versus legi contrarii:				
a) qui excusantur	6	2	4	1
b) reliqui	3	1	2	1

§ 7. Pauca addenda sunt de illis tribus carminibus bucolicis quorum auctores nobis noti non sunt. Carminis quod inscribitur Ἐπιτάφιος Βίωνος poetam regulam novisse atque observasse certum videtur; in septem (= 5,55 %) enim versibus eam est secutus (p. 91 Wil.):

43 ἱπτάμενος περὶ σᾶμα
59 ἑζομέναν μετὰ σεῖο
67 καὶ στυγνοὶ περὶ σῶμα
73 μύρασθαι καλὸν υἷα
79 καὶ Θέτιδος μέγαν υἷα
115 δακρυχέων τεὸν οἶτον
122 ἀιόσιν· μέλος οἶδε

cum nunquam nisi duobus in versibus nomine proprio satis

1) Carm. Εὐρώπη v. 139 (p. 136 Wil.) ποῖον σοὶ ποτὸν ἡδύ, ubi cum sit unicus huius generis versus apud Moschum mihi potius scribendum videtur ποῖόν σοι ποτὸν ἡδύ.

excusatis neglexerit: 71 τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος[1]), et 114 ἀλλὰ Δίκα κίχε πάντας.

Vocem monosyllabam in trithemimere collocatam bis reperis 97 (μέν) et 107 (εὖ).

Carmen Μεγάρα inscriptum (p. 106 Wil.) haec praebet exempla: 16, 18, 20, 29, 60, 66, 71, 104; contra legem pugnant duo hexametri: 26 ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος et 120 παῖδας ἐμούς, μέχρι δή μοι. Monosyllabum semel in caesuram semiternariam admisit poeta (v. 43).

In carmine Ἐπιθαλάμιος Ἀχιλλέως καὶ Δηιδαμείας (p. 130 Wil.) auctor regulam in quattuor (9, 11, 17, 22) secutus est versibus et in duobus migravit: 14 μεῖνεν ἑὸν κατὰ δῶμα et 30 ἀλλὰ μόναι κατὰ λέκτρα. Monosyllabum in trithemimere non occurrit. Quibus in duobus carminibus legem non valere videmus.

§ 8. Omnes illos poetas Alexandrinos quorum nihil nisi pauca fragmenta servata sunt hic silentio praeterire mihi licebit, cum etiamsi nullo loco obstrepunt huic regulae veluti Phanocles, Hermesianax Colophonius, Eratosthenes, ex tam paucis versibus nunquam recte concludi possit, utrum poeta legem observaverit necne; unum tamen poetam ex his excipiam, Euphorionem[2]), quippe qui praeter ceteros omnes poetas illius aetatis artem Callimacheam multis in rebus sit imitatus: in censum veniunt hi perpauci hexametri:

frg. 95, 15 μαρτυρίην ὅτι μοῦνος
" 98, 1 φοιταλέος διὰ πᾶσαν
" 126, 3 ὃν γαμέτην ὅτε πρῶτον.

vocem monosyllabam in trithemimere posuit frg. 92, 2 et 107, 1. Versus igitur qui legi repugnat non occurrit apud Euphorionem.

Poetas Alexandrinos Aratum, Callimachum, Apollonium Rhodium, Nicandrum, Theocritum, Pseudotheocritum hanc regulam metricam accurate esse secutos me satis ostendisse arbitror. Apertum igitur est versus huius modi – ◡ | ◡ – |

1) accedit quod anaphorae figura excusatur hic versus:
v. 70 τοῦτο τοι, ὦ ποταμῶν . . . .
v. 71 τοῦτο, μέλη, νέον ἄλγος.

2) Euphorionis fragmenta ed. F. Scheidweiler, Bonn. 1908, diss.

⏑ ⏑ | – ⏑ qui persaepe occurrunt in carminibus Homericis valde displicuisse poetis Alexandrinis. Initium versus veluti φέρβε βόας, φέρε μᾶλα sibi non indulserunt, cum initium στησάμεναι χορὸν εὐρύν vel κοιμῆσαι μέγα χεῦμα sine ullo vitio metrico apud eos esset. Quibus de causis Alexandrini hanc regulam aliasque observaverint, nondum scimus; neque me magnas huius rei causas afferre non posse fateri vereor; omnino adhuc ignoramus cur et poetae Graeci et Latini adhibuerint leges quasdam metricas in versibus componendis. Fridericus Marx de hac re [1]), cum de duabus legibus quas observavit in versibus iambicis et trochaicis poetarum scaenicorum Latinorum ageret, dixit haec: „Eine tiefere Erkenntnis dieser und der andern so eigenartigen Gesetze der altlateinischen Metrik ist uns fürs erste noch verschlossen .... Aus der Technik des Hexameterschlusses war dem Griechen die Bedeutung von Wortverbindung und Worttrennung wohl vertraut, ein Hexameterschluss ἵππου κρήνη als unerträglich verpönt, als fehlerlos aber und wohllautend bekannt in der Form Ἱππουκρήνη. Dieselben Gesetze über die Milderung metrischer Härten durch die Weichheit der Wortverbindung finden wir im Lateinischen: ein Senarschluss negát virum war, aus Gründen, die uns noch unbekannt sind, ebenso verpönt wie ein Hexameterschluss áltas urbes, aber der Schluss negótium dort ebenso statthaft wie hier der Schluss inuptarum.“ Quod ad artem metricam Alexandrinorum pertinet, hoc unum suspicari possumus. Poetae Alexandrini, cum secundum versum Homeri, quamquam summa auctoritate ille apud eos vigebat, hexametros componere iis non placeret, novas leges metricas quibus elegantiam quandam in versibus poni putabant invenire atque adhibere coacti erant; talibus legibus, sive ad usum spondeorum et dactylorum sive ad adhibendas aut evitandas caesuras sive ad compositionem verborum in versu aliasve res spectant, multas licentias metricas quas Homerus eiusque sectatores et qui ante Alexandrinos fuerunt sibi sumere potuerunt aut plane sublatas aut valde restrictas esse consentaneum est.

1) Fr. Marx, Zwei Auslautgesetze der katalekt. iambisch-troch. Verse d. altlateinischen Dichter (Berichte d. phil.-hist. Kl. d. sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1907, vol. 59) p. 196.

Cap. III.

Iam ad illos poetas qui aetate post Chr. n. floruerunt epicos transeamus. Agendum erit primum de duobus Oppianis et Dionysio Periegeta, tum de Quinto Smyrnaeo, Nonno Panopolitano eiusque sectatoribus, postremo de illis carminibus anonymis quae sunt Orphica, Oracula Sibyllina, carmen de viribus herbarum, Manethonis Apotelesmatica.

§ 1. Incipiamus ab Oppiano poeta Halieuticorum, cuius in carmine sine dubio valet regula, cum eam sit secutus in 105 versibus (= 2,99 %) et in 7 tantum migraverit, qui non excusentur. Versuum contrariorum nonnulli (5) sunt excipiendi; nomine proprio excusandum non negabis I 501 θερμὸς Ἔρως, ὅτε λάβρον; imitatione Homerica explicatur III 42 εἴη· ἐπεὶ μάλα πολλά; II 213 σῆμα δέ τοι τόδε γαστρός ∼ Hom. λ 126 σῆμα δέ τοι ἐρέω, eodem versus loco; ex anaphorae figura excusationem capit I 420 πάντα δ' ὁδὸν μίαν εἶσι, μίαν δ' ἀνελίσσετ' ἀμοιβήν· Duae voces monosyllabae inveniuntur I 571 ἡ μὲν ἁλὸς πάλιν εἶσι et V 158 μή τι μάθοι μέγα κῆτος; restant 7 tantum hexametri:

I 559 πικρὸς ἔχις· τάχα δὲ γλαφυρήν

III 619 πρῶτος ἁλούς, ἅτε παῖδες

IV 328 ἦμος ἅπας περὶ χῶρος

„ 345 Σαργὲ τάλαν· τάχα γάρ σε

V 175 βριθὺ πέλωρ· ῥέα γάρ σφε

„ 290 μοῖρα φέρῃ, τότε δή μιν

„ 671 οἰκτρὸν ἰδεῖν, ἔτι νηός

Versus in quibus observata est regula sunt:

I 8 κερδαλέης, ὅσα φῶτες

„ 70 οὐκ ἀέκων, σέο δ' ἦτορ

„ 79 θυμήρη τάδε δῶρα

„ 115 ἢ λίμναις, ὅθι λαρόν

„ 294 ἀρτιφύτῳ μετὰ δ' αὖτις

„ 385 δελφίνων· πέρι γάρ σφε

„ 450 μαινομένην· τότε δ' οἱ μέν

„ 494 τριβόμενοι θορὸν ὑγρόν

„ 517 ἐγχέλυες δέμας ὑγρόν

„ 599 Εὔξεινον μετὰ πόντον

„ 614 στέλλονται δ' ἅμα πάντες

I 627 εὔξεινον μέγα κῦμα·
„ 637 κίδνανται δ' ἀνὰ πόντον,
„ 661 θήσασθαι γάλα λαρόν·
„ 730 μυρομέναις ἑὰ τέκνα,
„ 737 ἐν πόντῳ, τότε παῖδας
„ 755 χάσσηται, τότε δ' αὖτις
„ 780 σπερχομένου τότε πᾶσα
II 11 ἐκφυγέειν, ἅτε πῶλον
„ 72 ἀδρανίης βαθὺν ὕπνον,
„ 84 ἀστεμφὴς ἅτε δεσμός
„ 149 ἀνθρώπων κρέα τερπνά
„ 218 λαιμάργοις ὅσον ἄλγος
„ 307 δέξηται σπιλὰς ἠδε
„ 330 ἀντιάαν· τάχα δ' ἄλλον
„ 378 τοῦ δ' εἴσω τάχα πᾶσαι
„ 438 σπερχόμενον ποτὶ βυσσόν
„ 563 στέλλονται ποτὶ μῶλον
„ 601 δαίνυσθαι μέλαν αἷμα·
„ 654 ὣς αἰεὶ μετὰ πᾶσι
„ 656 οἱ δ' ἄλλοι μάλα πάντες
„ 684 ἐκ τῶν μοι γλυκὺς ὅρμος
III 99 ἑλκόμενος δόλον οὔ τι
„ 118 διζόμεναι βρόχον εὐρύν
„ 189 μύραιναι μετὰ σάρκας
„ 232 δαιτυμόνες κατὰ χῶρον,
„ 246 γηθόσυνοι περὶ μητρί
„ 253 πρηΰνει φίλον ἦτορ·
„ 273 οὐκέτι οἱ τόσα δεῖπνα
„ 282 πειθόμενοι μέγαν ἆθλον
„ 287 ἀμφίδυμοι μέγα πεῖσμα
„ 298 σπεύδοντες μετὰ δαῖτα
„ 334 ὁρμιήν, ἀπὸ δ' ἦξε
„ 356 ἀγρόμενοι πρόπαν ἦμαρ
„ 371 Ἄδμωσιν δ' ἐπὶ κύρτον
„ 381 ἀγρομένους, τάχα πάντες
„ 392 μαιομένη· τάχα δ' ἵξε
„ 506 εἱλεῖται, μάλα δ' ὀψέ
„ 585 νηπιέην· τάχα δέ σφιν

III 604 ἕλκονται ποτὶ χέρσον
„ 615 ἁρπάξῃ, τότε καί τις
„ 617 ἀλλήλους, περὶ δαιτί
„ 622 εἰαρινοῦ μετὰ λύσσαν
IV 10 κίρνασθαι γλυκὺ νᾶμα
„ 92 ἐσσυμένως· τάχα δέ σφι
„ 94 θηλείης ἐπὶ λύσσαν
„ 118 ἐς δ' ἔπεσον ἅμα πάντες
„ 143 εἰλομένων· τάχα δέ σφιν
„ 194 εἰς ἄλοχον, μέγα δή τι
„ 235 οὐ γάρ τοι μία κύπρις
„ 249 φρασσάμενοι μάλα πάντες
„ 250 ὄφρ' αὐτὴν ἐπὶ νῆα
„ 298 λωφήσῃ, πάλιν αὖτις
„ 315 ἐνδίους, ὅτε θερμός
„ 333 ἀχνύμενοι μάλα πάντες
„ 383 τοὺς δ' οἶστρος ποτὶ μῶλον
„ 401 δειλαίης ἅμα δειλός
„ 408 δασσάμενον μέγα κῦμα
„ 530 πατρῷον μέγα κῦμα,
„ 580 πηλαμύδες, τάχα πᾶσαι
„ 633 κέκρυπται· τάχα γάρ μιν
V 57 ἑσπέριον κατὰ πόντον
„ 66 ἠλιβάτοις, μάλα δ' ὀψέ
„ 105 ἀλλ' αὔτως, ἅτε φορτίς
„ 122 ἄφρακτον μετὰ θῆρα,
„ 148 ταύρειον μέλαν ἧπαρ
„ 176 ἑλκύσει ποτὶ βυσσόν,
„ 203 τέτραπται μίαν οἶμον,
„ 226 πρυμναίοις ἅτε νῆα
„ 231 ἀγγέλλων, μέγα δ' ἦτορ
„ 299 δυσμενέας ποτὶ χέρσον
„ 305 ἐμπελάσῃ, τότε δή μιν
„ 386 εἰλομένοις, μέγα δ' ἄλγος
„ 405 κεκλιμένη μάλα πολλά
„ 415 ἰχθυβόλοι μάλα ῥεῖα
„ 424 κέχρηνται, μέγα δ' εἰσί
„ 435 τρωπᾶσθαι ποτὶ χέρσον

V 515 δέχνυσθαι, μάλα δ' αἶψα
„ 529 στειλάμενοι δύρυ κοῦφον
„ 537 δελφίνων ἕνα κοῦφον
„ 572 δυσμενέων ὑπὸ χεῖρας·
„ 628 κάλλιχθυν, τότε δή σφι
„ 642 θαρσαλέοις ἐπὶ μόχθον

Quibus versibus addendi sunt ii in quibus alterius pedis arsis duabus brevibus vocibus monosyllabis efficitur:

I 68 ὁρμιήν, ὁ δὲ ῥίμφα
„ 86 κέκρυπται, τά κεν οὔ τις
„ 148 εἱλεῦνται· τὸ καὶ οὔποθ' ἑήν
„ 787 ἀλλήλων· τό γε δέ σφι
II 185 πεπταμένοις· τὰ μὲν ὧδε
„ 657 ἔρχονται τὸ καὶ οὔποτ'
„ 664 οὐ μέντοι τό γε θαῦμα
III 223 ἀσπασίως δ' ὅ μιν εἶδεν
IV 248 ἀντιάσας· ὁ μὲν αὐτίκ' ἀνέλκεται
„ 558 μυρόμενοι· τὰ δὲ πολλά
„ 677 τειρόμενοι· τὸ δὲ πολλόν
V 22 ἐντρέφεται, τὰ μὲν οὔ τι

Versus huius modi _ ◡ | ◡ _ | ◡ ◡ | _ ◡ in Oppiani Halieuticis non occurrunt. Uno vocabulo continetur versus pars ante caesuram semiternariam in 90 versibus in quibus verba choriambica et molossica ita sunt distributa, ut molossica (46iens) paulo saepius inveniantur choriambicis (44iens). Satis raro apud Oppianum positione producitur ultima horum verborum syllaba; perpauci enim versus huc pertinent: a) in verbis choriambicis: I 517 ἐγχέλυες, II 438 σπερχόμενον, III 99 ἑλκόμενος, 232 δαιτυμόνες, IV 408 δασσάμενον, 580 πηλαμύδες, V 57 ἑσπέριον; b) in verbis molossicis: I 599 Εὔξεινον (= 627), III 298 σπεύδοντες, 371 Ἄδμωσιν[1]), IV 530 πατρῷον, V 122 ἄφρακτον, 148 ταύρειον, 628 κάλλιχθυν. Vocabulum quod in brevem exit vocalem non adhibuit Oppianus. Vocibus encliticis procliticisque verba ante caesuram semiternariam in 9 versibus cohaerent I 70 οὐκ ἀέκων, 737 ἐν πόντῳ, II 656 οἱ δ' ἄλλοι, 664 οὐ μέντοι, 684 ἐκ τῶν μοι, III 273 οὐκέτι οἱ,

1) ita scribendum; Ἄδμωσι F. S. Lehrs.

IV 118 ἐς δ' ἔπεσον, 194 εἰς ἄλοχον, 235 οὐ γάρ τοι; elisione duo verba paene unius vocis fiunt instar duobus tantum locis IV 250 ὄφρ' αὐτήν et V 105 ἀλλ' αὔτως; vocem monosyllabam quater in prima thesi positam reperis I 115 ἢ λίμναις, II 378 τοῦ δ' εἴσω, 654 ὣς αἰεί (cf. Hom. P 752 ὣς αἰεὶ Αἴαντε, Φ 263 ὣς αἰεὶ Ἀχιλῆα) IV 383 τοὺς δ' οἶστρος.

Caesura quae vocatur trithemimeres in 22 hexametris voce efficitur monosyllaba; nunquam autem nomen substantivum hoc loco exstat.

§ 2. Videamus nunc, num etiam Oppianus, poeta Cynegeticorum[1]), regulam noverit atque observaverit, quem multis in rebus valde differre ab auctore Halieuticorum satis notum est[2]). Versuum qui legi repugnant nonnulli excusantur imitatione Homerica: I 244 αὐτὰρ ἐπεὶ μέγας ἦν; III 180 αὐτὰρ ἐπὴν ἔαρ ὑγρόν, IV 397 αὐτὰρ ἐπὴν κατὰ κόσμον quotiens apud Homerum verba αὐτὰρ ἐπεί et αὐτὰρ ἐπήν initio versus sint collocata nemo nescit. II 107 ὧδε θεῶν κλυτὰ δῶρα ∼ Hom. Ω 458 ἐς δ' ἄγαγε κλυτὰ δῶρα, verba κλυτὰ δῶρα eodem versus loco. Anaphorae figura satis magnam excusationem praebet his tribus versibus:

I 445 βαιὰ τίθει, θοὰ πάντα, θοὴν ἵνα βάξιν ἀκούῃ.
II 393 θάμβος ἔφυ τόδε, θάμβος ἀθέσφατον, ὁππότε θῆρας
„ 411 πόσσα νοεῖς, πόσα κοιρανέεις, πόσα δαῖμον, ἀθύρῃ.

ex enumeratione corporis partium et explicatur et excusatur III 143; addam versum praecedentem et duos sequentes:

„ 142 κάρχαρον, οὐλόμενον, ταναὸν στόμα, κυανέη ῥίς,
„ 143 ὄμμα τορόν, σφυρὸν ὠκύ, θοὸν δέμας, εὐρὺ κάρηνον,
„ 144 χεῖρες χερσὶ βροτῶν ἴκελαι, πόδες αὖτε πόδεσσι,
„ 145 σμερδαλέη βρυχή, δολερόν κέαρ, ἄγριον ἦτορ.

nihil offensionis praebet II 97 ἔκ τε μέσου κέρας αἰνόν quia voces ἐκ τε μέσου seiungi non possunt; a duobus incipit monosyllabis IV 279 αἱ δὲ θεῷ μέθυ λαρόν; restant tres tantum versus contrarii:

1) Oppian. Cyneg. ed. P. Boudreaux, Paris, 1908.

2) cf. K. Lehrs, Quaest. epic. p. 302 sqq.: De Halieuticorum et Cynegeticorum discrepantia.

I 382 ἵκτο λέχος ποτὶ θῖνα
III 155 χῆρον ἔχειν, τόσα παισί
IV 100 δέκτο δέ μιν χάος εὐρύ.

Statuendum igitur est etiam in Cynegeticis valere hanc regulam. Tamen vero duo carmina postea breviter inter se comparantes in singulis rebus nonnullas exstare diversitates videbimus: primum de versibus ipsis in quibus observata est lex agi opus erit. Versus qui huc pertinent sunt:

I 40 καὶ τοκετοὺς ἐνὶ θηρσίν
„ 59 τερπωλὴ δ', ὅτε χαλκόν
„ 64 ἀλλ' αὐτοῖς ἐπὶ δρυμά
„ 89 τοὔνεκά μοι δέμας ὧδε
„ 112 καὶ μεσάτου, ποτὲ δ' ἑσπερίου[1])
„ 177 ἀείροι, μέγας αὐτός
„ 257 Καδμεῖος γάμος αἰνός
„ 280 κείνοισιν τάχα μοῦνος
„ 291 καὶ Λίβυες μετὰ τοὺς δολιχόν
„ 435 σιτόχροοι· μάλα γάρ τε
„ 489 νοστήσας δ' ἐπὶ ἄστυ
„ 538 κόλποισιν θέτο θῆρα
II 87 φαίης κεν κατὰ γαῖαν
„ 99 αἰχμῇσιν, μέγα πῆμα,
„ 136 ἴθυνεν δ' ἐπὶ θῖνας
„ 152 Μεμνόνιον περὶ νηόν
„ 155 θαρσαλέος πόσις ὦκα
„ 188 καὶ θυμὸς ποτὶ λέκτρον
„ 222 τῷ δ' ἕτερος κατὰ νῶτον
„ 351 γηραλέους, ὅτε δεσμά
„ 360 φεύγετέ μοι, φίλα τέκνα,
„ 435 ἕσπονται δ' ἅμα πάντες,
„ 489 ἑξείης ἐνὶ θηρσί
„ 550 φρασσάμενοι τόδε φῦλον
„ 553 ἀντέλλει κέρας αἰνόν
„ 571 οὐτιδανοὺς λίπε θῆρας
„ 622 Ἀργῴης ἐπὶ νηός

1) hic versus est unus ex illis perraris hexametris qui careant caesura legitima tertii pedis; sed excusatur anaphorae figura:
καὶ μεσάτου, ποτὲ δ' ἑσπερίου· ποτὲ δ' αὖτε καὶ ὄρφνῃ

III 27 ἀμφιλαφεῖς ἐπὶ ῥῖνα,
„ 54 δεξιτερὴν ὑπὸ χεῖρα
„ 105 περθομένης ὑπὸ δουρί
„ 106 πεπτάμεναι περὶ τέκνα
„ 118 πῶς δ' ὄρνις κατὰ δῶμα
„ 127 εἰρυμένη φίλα τέκνα,
„ 181 ἀκρέμονες σφίσιν ὦκα
„ 249 ἀλλ' ἔμπης μετὰ φῦλον
„ 252 ἱππάγρων πολὺ φῦλον,
„ 269 οὕνεκά οἱ διὰ νύκτα
„ 284 μοῦνόν τοι μετὰ πᾶσι
„ 369 φρίσσουσι τρίχες, οἷα
„ 430 ἰχνεῦμον, μέγα θαῦμα,
„ 483 ἀμφίδυμον, μέγα θαῦμα
IV 13 εἰπέμεναι κατὰ μοῖραν
„ 20 ἱμείρων τάδε πάντα,
„ 38 καὶ κάπρος μένος οἶδεν
„ 81 ἐνδιάει, μέγα δεῖμα
„ 103 ὁπποῖος περὶ νύσσαν
„ 114 θήρειον ποτὶ μῶλον·
„ 140 ὡς δ' ἰχθῦς ἀνὰ νύκτα
„ 148 ἀκάματος, μέγα θαῦμα·
„ 265 ἐς γαῖαν δόρυ κέλσε·
„ 323 ἦτ' ὀλίγη μάλα πολλόν
„ 352 ὣς κεῖναι μάλα θῆρες
„ 404 ἑξείης κατὰ νῶτον
„ 407 ἀμφίβολος μάλα πάμπαν.

Quibus versibus perpauci sunt addendi qui in arsi alterius sedis duas voces praebent monosyllabas; in his quoque hexametris valere regulam ex eo cognoscas quod in Cynegeticis unus tantummodo versus exstat contrarius quem iteratione eiusdem vocis excusari apparet

III 220 Ἄνερ, ἄνερ, τί νυ σεῖο

qui non repugnant versus huius modi sunt:

II 415 δειμαίνει δέ σε πάντα
IV 21 ἀείδειν· σὺ δὲ πότνα θεά,
„ 320 θηροφόνος δέ τις ὧδε.

Reperiuntur igitur in Cynegeticis 57 (= 2,66%) versus

qui ex regula formati sunt. Uno vocabulo constat versus pars ante caesuram semiternariam in 39 versibus; verba choriambica paulo rarius admisit in hunc locum Oppianus (18iens) quam molossica (21iens). Satis saepe vero ultima horum verborum syllaba positione producitur; septiens in choriambicis: II 152 Μεμνόνιον, 155 θαρσαλέος, III 181 ἀκρέμονες, 483 ἀμφίδυμον, IV 148 ἀκάματος, 320 θηροφόνος, 407 ἀμφίβολος. Noviens in molossicis: I 257 Καδμεῖος, 280 κείνοισιν, 538 κόλποισιν, II 99 αἰχμῇσιν, 136 ἴθυνεν, III 369 φρίσσουσι 430 ἰχνεῦμον, IV 103 ὁπποῖος, 114 θήρειον. Elisione cohaerent duo verba tribus in versibus I 64 ἀλλ' αὐτοῖς, III 249 ἀλλ' ἔμπης, IV 323 ἧτ' ὀλίγη; vocibus encliticis procliticisque conectuntur voces in septem hexametris: I 89 τοὔνεκά μοι, II 87 φαίης κεν, 360 φεύγετέ μοι, III 269 οὕνεκά οἱ, 284 μοῦνόν τοι, IV 140 ὡς δ' ἰχθῦς, 265 ἐς γαῖαν.

Vox monosyllaba prima in thesi posita est octiens, καί particula saepissime (5iens): I 40 καὶ τοκετοὺς, 112 καὶ μεσάτου, 291 καὶ Λίβυες, II 188 καὶ θυμός, IV 38 καὶ κάπρος, II 222 τῷ δ' ἕτερος, III 118 πῶς δ' ὄρνις, IV 352 ὧς κεῖναι. Monosyllabum exstat ante caesuram semiternariam in 24 versibus Cynegeticorum; unius syllabae nomen substantivum nunquam hoc loco adhibitum reperis.

Ut iam duo Oppianorum carmina facilius inter se comparentur hanc proponam tabulam:

	in Halieuticis[1])	in Cynegeticis[2])
Versus pars, quae est ante caes semiternariam, una vel duabus vocibus arte cohaerentibus continetur:	101 = 2,88%	49 = 2,29%
a) choriambica voce	44 = 1,25%	18 = 0,84%
b) molossica voce	46 = 1,31%	21 = 0,98%
c) vocibus arte coniunctis	11 = 0,31%	10 = 0,47%
Prima thesis voce monosyllaba efficitur, quam sequitur:	4 = 0,11%	8 = 0,37%
a) verbum anapaesticum	— —	4 = 0,19%
b) verbum spondiacum	4 = 0,11%	4 = 0,19%

1) Halieutica continent 3506 versus.
2) Cynegetica continent 2144 versus.

	in Halieuticis	in Cynegeticis
In caes. semiternaria posita est v. monosyllaba:	22 = 0,63%	24 = 1,12%
Versus legi repugnantes:		
a) qui excusantur	6 = 0,17%	9 = 0,42%
b) reliqui	7 = 0,20%	3 = 0,14%

Qua ex tabula cognoscimus Halieuticorum auctorem inter centenos versus saepius regulam esse secutum quam scriptorem Cynegeticorum quo per se patet in Halieuticis etiam saepius inveniri illos versus in quibus versus pars ante caesuram semiternariam constat uno sive compluribus arte inter sese cohaerentibus vocabulis; at tamen videmus hexametros in duobus carminibus occurrere perpaucos in quibus voces elisione vel vocibus encliticis procliticisque conectuntur; quales rarius usurpasse auctorem Halieuticorum (0,31iens inter centenos versus) quam poetam Cynegeticorum (0,47iens inter cent. versus) ex tabula cognoscis; accedit quod versus qui tres voculas arte coniunctas praebeant, quales sunt

Hal. II 684 ἐκ τῶν μοι γλυκὺς ὅρμος
„ IV 235 οὐ γάρ τοι μία κύπρις

nunquam inveniuntur in Cynegeticis. Contra primae sedis thesis voce monosyllaba quam sequitur vocabulum anapaesticum mirum in modum nunquam efficitur in Halieuticis, cuius generis in Cynegeticis occurrunt quattuor versus qui sunt:

I 40 καὶ τοκετοὺς ἐνὶ θηρσίν
„ 112 καὶ μεσάτου, ποτὲ δ' ἑσπερίου
„ 291 καὶ Λίβυες μετὰ τοὺς δολιχόν
II 222 τῷ δ' ἕτερος κατὰ νῶτον

Aliam quoque rationem adhibuit poeta Cynegeticorum in usu vocum monosyllabarum quae exstant ante caesuram semiternariam; multo enim saepius versus huius modi reperiuntur in Cynegeticis (1,12%) quam in Halieuticis (0,63%). Denique quod ad versus spectat contrarios videmus ex tabula auctorem Halieuticorum fuisse diligentiorem altero Oppiano, id quod

mirum non est, cum in universum Oppianus[1]) qui Halieutica composuit multo cautior atque accuratior fuerit in versibus componendis quam is qui Cynegetica scripsit.

§ 3. Dionysius Periegetes quem propter artem suam metricam dicit elegantissimum poetam G. Hermann (Orph. p. 695), quin regulam sit secutus dubium esse non potest, cum in nullo versu eam migraverit qui non excusetur. Atque primum nomine proprio excipiendos puto tres hexametros:

416 ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις
979 μακρὸς ἐπὶ Νότον εἶσι[2])
1069 πρῶτα Σάβαι, μετὰ τοὺς δέ

quibus addendus est versus 360 πρὸς δὲ Νότον, μάλα πολλόν; tum imitatione Homerica explicatur

1098 ξυνῇ ὁμῶς μάλα πάντες

quotiens in carminibus Homeri verba μάλα πάντες, μάλα πᾶσαι, μάλα πάντα quaeque sunt similia inveniantur eodem versus loco, non habeo quod dicam.

In ceteris omnibus versibus qui huc pertinent lex diligenter a Dionysio est observata; sunt hi hexametri:

31 πρὸς Βορέην, ἵνα παῖδες
65 ἑστᾶσιν, μέγα θαῦμα,
76 ἑξείης δ' ἐπὶ τοῖσι (= 81, 198, 216, 378, 491)
96 δεξιτερὴν κατὰ χεῖρα
144 Κυανέας ὅθι μῦθος
179 εὐρύτερον· τόθι γαῖα
193 ἀλλ' αὔτως, ἅτε θῆρες,
199 βαιοτέρη· μετὰ τὴν δέ
211 Ἀσβύσται δ' ἐπὶ τοῖσι
280 ἠπείρων, ῥέα τέρμα
297 ὑστάτιον ποτὶ χεῦμα
300 Εὐξείνου, τόθι πᾶσαν

1) cf. quae de usu caesurae quae vocatur κατὰ τέταρτον τροχαῖον apud duos Oppianos dicit G. Hermann Orph. p. 695: Oppianus diligens scriptor hanc caesuram Hal. 58. Is vero qui Cynegetica conscripsit, imperitus homo, saepissime ....

2) si statuimus Νότον esse nomen proprium.

326 Αἰγαίης, βαθὺ κῦμα
374 μηναμένους ὑπὲρ αἶσαν
375 Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι
376 καὶ Μαρσῶν θοὰ φῦλα·
386 Ὑλλήων χθόνα πᾶσαν,
388 Ἰλλυρικὴν περὶ χέρσον
394 ἔνθα σφιν τέρας ἄλλο
427 Θεσσαλίη δ' ἐπὶ τοῖσι,
434 Τρινακίης ἐπὶ πόντον
440 Κηφισοῦ μέγα χεῦμα
467 Τρινακίη δ' ἐπὶ τῇσιν
482 εἰσελάσῃς ἐπὶ νηός,
559 Ἄτλαντος περὶ χεῦμα
561 Γηρυόνος μετὰ πότμον
579 ὡς κεῖνον κατὰ χῶρον
595 δινεῖται κατὰ κύκλον
622 ἑλκόμενον κατὰ βαιόν
630 ἐν δ' Ἀσίῃ πολὺς Ὠκεανός·
635 Εὐξείνου, τόθι φῶτες
685 ἑσπομένους μετὰ δῆριν
692 Κιρκαίου κατὰ νῶτον
693 Εὐξείνου ποτὶ χεῦμα
742 ἐμπελάσαι· μάλα γάρ τε
759 ἐσχατιάς· παρὰ δέ σφι
763 Εὐξείνου παρὰ χεῖλος,
787 Παφλαγόνες δ' ἐπὶ τοῖσιν
805 Βέβρυκες δ' ἐπὶ τοῖσι καί
821 Αἰγαίου παρὰ χεῖλος
830 Μηονίη δ' ἐπὶ τοῖσιν
884 εἰ γάρ μοι σάφα τήνδε
975 Ἀσσύριοι δ' ἁλὸς ἄγχι
1026 πλαζομένη κατὰ φῶτας,
1051 ἀλλ' ἔμπης κατὰ δῆριν
1090 λαβρότατον ῥόον ὠκύν
1138 Δαρδανέες, τόθι λοξόν
1143 Πευκαλέων. μετὰ τοὺς δέ
1165 καγχαλόων μετὰ χεῦμα

Unus addendus est versus ubi in arsi alterius pedis duae exstant

voces monosyllabae, cum versus huis modi – ⏑ | ⏑ – | ⏑ | ⏑ | – ⏑ non occurrant in Dionysii carmine:

181 παρδαλέῃ δέ μιν ἄνδρες.

Sunt igitur 55 versus qui ex regula formati sunt (= 4,64 %) quibus in versibus vocabula choriambica sive molossica ita usurpavit Dionysius ut paulo saepius adhibuerit choriambica (25iens) quam molossica (22iens); ultima syllaba producitur positione in tribus tantum molossicis, ex quibus duo sunt nomina propria: 65 ἑστᾶσιν, 559 Ἄτλαντος, 805 Βέβρυκες, et in septem verbis choriambicis: 179 εὐρύτερον, 297 ὑστάτιον, 561 Γηρυόνος, 622 ἑλκόμενον, 787 Παφλαγόνες, 1090 λαβρότατον, 1138 Δαρδανέες. Vocabulum quod exit in vocalem brevem Dionysius sicuti poetae Alexandrini plane evitavit. Elisione et vocibus encliticis procliticisque in unum coalescunt vocabulum duo verba in quinque versibus: a) elisione 193 ἀλλ' αὔτως, 1051 ἀλλ' ἔμπης; b) vocibus encliticis procliticisque 394 ἔνθα σφιν 579 ὥς κεῖνον, 630 ἐν δ' Ἀσίῃ; tres voculae uno tantum loco occurrunt: 884 εἰ γάρ μοι; restant duo versus ubi prima thesis monosyllabo efficitur: 31 πρὸς Βορέην et 376 καὶ Μαρσῶν.

Ex decem hexametris qui ante caesuram semiternariam praebent vocem monosyllabam unus tantum dignus est qui hic afferatur, quia in caesura id quod vidimus rarissime apud poetas Graecos fieri positum est nomen substantivum:

4 πᾶσα χθών, ἅτε νῆσος.

§ 4. In Quinti Smyrnaei Posthomericorum libris XIV regula metrica non valet; inveniuntur enim in hoc carmine epico circiter 100 versus qui legi repugnant, quorum multos imitatione Homerica et excusari et explicari mirum non videtur quippe cum Quintus praeter ceteros omnes poetas sit imitatus sermonem Homeri.

§ 5. Ad Nonnum Panopolitanum eiusque sectatores venio. Nonnus ipse hanc legem sibi non imposuit id quod eo cognoscas quod si obiter computamus in Dionysiacis occurrunt 250—300 versus in quibus regula neglecta est. Quibus ex versibus dixerit fortasse quispiam contrariis excusari posse circiter

150 hexametros vocibus illis quas dicat liberas Isidorus Hilberg[1]). Et incipit magna horum versuum pars a talibus vocabulis qualia sunt ἀλλά, οὐδέ (μηδέ), ἔνθα, ὄφρα quaeque sunt similia; ἀλλά vocula ut exemplo utar in 34 versibus Dionysiacorum collocata est in initio versus[2]). Sed etiamsi hos omnes versus esse excipiendos apud Nonnum statueremus, tamen summa versuum qui reliquuntur contrariorum maior esset quam ut ex ea suo iure concluderetur Nonnum observasse regulam, praesertim cum quam cautus atque paene anxius in legibus metricis adhibendis fuerit Nonnus satis sit notum inter omnes. Cuius rei tamen unum afferens exemplum breviter illam consuetudinem metricam iam a Guilelmo Meyer[3]) diligenter observatam quae est de exitu Nonni versuum hic attingam, ea de causa quod et hac lege gravissima plane differt Nonnus ab omnibus poetis Graecis, et ea praecipue cognosci potest qua severitate atque diligentia leges quasdam metricas sit secutus; haec regula est: Si versus Nonniani exeunt in vocem monosyllabam sive brevem sive longam — atque satis saepe id fit — semper antecedunt aut vocabulum choriambicum aut vox proclitica cum verbo anapaestico arte coniuncta[4]). Apparet omnes hos versus distinctos esse incisione bucolica. In Dionysiacis et Paraphrasi octo tantum versus inveniuntur qui ab hac regula abhorreant; in quattuor versibus quin auctoritate Homeri commotus legem migraverit Nonnus dubitari non potest:

Dion. VIII 270 νεφεληγερέτα Ζεύς (= Hom. A 511)
„ VIII 370 στεροπηγερέτα Ζεύς (= Hom. Π 298)
„ XXXI 97 τὸν οὐράνιος τέκετο Ζεύς, videas

1) J. Hilberg, Das Prinzip der Silbenwägung und die daraus entspringenden Gesetze der Endsilben in der griech. Poesie. Vindob. 1879.

2) Hi versus sunt: Dion. II 328: IV 5, 84; V 473; VIII 61; XI 279, 322, 393, 520; XVI 2, 133; XVII 4, 110; XVIII 263; XIX 12; XX 274; XXI 24, 343; XXX 219, 289; XXXI 152; XXXV 367; XXXVI 389, 395; XXXVII 181; XL 67, 313, 492; XLII 315, 344, 408; XLVII 603; XLVIII 422, 773.

3) Meyer, l. l. p. 1010 sq. A. Ludwich (in Rossbach, Spec. Metr. 1889, p. 64).

4) cf. Dion. I 34, 39, 46, 50, 65, 70, 74, 83, 90, 94, 100, 104, 174, 304, 322, 347, 358, 363, 368, 379, 383, 402, 404, 423, 432, 434, 435, 444. 448, 466, 476, 490, 516.

Hom. B 741 τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
Dion. XXXV 262 ἔγρετο δὲ Ζεύς (= Hom. O 4);

nomine proprio excusatur X 292 ὦ Φρύγιε Ζεῦ; reliqui tres sunt;

Dion. VIII 53 ἀντὶ σέθεν δέ
Paraphr. IX 109 ἀμφὶ ἕθεν γάρ
„ X 113 ἀντὶ τίνος δέ.

De aliis legibus quas quam diligentissime observavit Nonnus postea agam.

§ 6. Iam videamus utrum etiam illi poetae Graeci qui in universum plus minusve eandem adhibuerunt rationem metricam atque Nonnus Panopolitanus nostram regulam noverint necne. In censum veniunt Tryphiodorus, Colluthus, Musaeus, Christodorus, Johannes Gazaeus, Paulus Silentiarius, Proclus Lycius, fortasse Eudocia Augusta, Maximus philosophus.

In Tryphiodori[1]) ut ab eo exordiar carmine quod inscribitur Ἰλίου ἅλωσις nostra regula observata est in 31 versibus (= 4,49 %) 18, 29, 37, 40, 119, 158, 161, 163, 169, 172, 173, 207, 219, 244, 246, 258, 376, 379, 402, 405, 430, 463, 476, 491, 517, 555, 583, 624, 641, 666, 676, cum quattuor tantum versus repugnent ex quibus duo excusantur imitatione Homerica:

106 ἀμφὶ δέ μιν μέγα τεῖχος[2])
598 οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἶχον,

cf. Hom. θ 281 (eodem versus loco) οὐδὲ θεῶν μακάρων (= ι 276); a duabus incipit vocibus monosyllabis v. 550 αἳ δὲ φίλοις ἐπὶ παισί; restat versus 187 δεῖπνον ἔχειν, ἵνα μή τι.

Colluthum legem adhibuisse quamquam eius carmen Ἁρπαγὴ Ἑλένης inscriptum 392 tantum versibus continetur certum videtur; inveniuntur enim duo tantummodo versus contrarii quorum alter explicatur anaphorae figura:

351 μῆτερ ἐμή, τίνα χῶρον ἔχεις; τίνα δ᾽οὔρεα ναίεις;

alter est versus 85 ἐγγὺς ἀγών, φίλα τέκνα. Undecim autem hexametri Colluthi ex regula formati sunt: 7, 8, 9, 66, 87, 130, 162, 186, 209, 298, 380 (= 3,03 %).

1) Tryphiodori et Colluthi carmina ed. G. Weinberger 1896.
2) cf. p. 8 diss.

In Musaei[1]) carmine regula non valet id quod eo cognoscas quod fere totiens quotiens est observata (sexiens: 72, 127, 165, 205, 207, 249), neglecta est (quinquiens 55, 96, 135, 227, 260).

Similiter atque apud Colluthum res se habet in Christodori carmine, ubi duo item versus occurrunt contrarii:

74 γυμνὸς ἔην, ὅτι πᾶσιν.

alter excusatur imitatione Homerica: 315 οὐ γὰρ ἐγὼ κατὰ θυμόν ∼ Hom. A 152 οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων (eodem versus loco); cf. B 248, Δ 413, P 221, X 256. Accedit quod etiam verba κατὰ θυμόν hoc loco persaepe occurrunt apud Homerum. Undecim in versibus secutus est Christodorus regulam: 19, 41, 48, 52, 127, 135, 182, 261, 322, 400, 401 (= 2,64 %).

Johannes Gazaeus[2]) quin legem noverit dubium non est, cum in uno tantum qui non excusetur versu eam migraverit: II 206 ἐγγὺς ἔχων βαθὺν Ὄρθρον. Excipiendum esse propter rerum enumerationem puto I 11

ἄστρα, πόλον, χθόνα, κόσμον, ὕδωρ, φαέθοντα, σελήνην,

(cf. versus sequentes); imitatione Homerica explicatur II 208 ἔστι δέ τις σοφὸς ὄρνις ∼ Hom. B 811 ἔστι δέ τις προπάροιθε, Hom. Λ 711 ἔστι δέ τις Θρυόεσσα (eodem versus loco); cf. Λ 722, γ 293, δ 844. Iohannem in v. II 197 τυτθὸν ὅσον κατὰ βαιόν esse imitatum Nonnum veri est simile quippe qui in compluribus versibus collocaverit eodem versus loco verba κατὰ βαιόν; ex. gr. afferam

Dion. V 192 τικτομένην κατὰ βαιόν
„ V 315 αἰδομένη κατὰ βαιόν.

Ex regula formati sunt 20 versus (= 2,84 %):

I 50 ὀρθρινὴν ἐπὶ νύσσαν
„ 189 τὴν αὐτὴν ἐπὶ νύσσαν
„ 260 καὶ προτερῆς πάλιν Εὖρος
„ 271 εὖ διαβὰς σθένος ὦρσε
„ 274 δινωτὸν περὶ γαῖαν
„ 298 καὶ γραπτὸν πέλε κῆτος·
„ 312 ὑψιφανής, στέφος ὑγρόν·

1) Musaei carmen de Hero et Leandro ed. L. Schwab in libello De Musaeo Nonni imitatore, Tubing. 1876.
2) Joh. Gaz. et Paul. Silent. ed. P. Friedländer, 1912 (Lips.).

I 353 Ἠῷον περὶ νῶτον
II 25 σημαίνων, ὅτι Γαῖα
„ 86 ὑψώσας στόμα λάβρον
„ 91 ἐνδόμυχον μέλαν ὅπλον,
„ 116 ψευδαλέος πολὺς ὄμβρος
„ 134 κρουνηδὸν κατὰ μέτρον
„ 199 καὶ δυτικὸν παρὰ τέρμα
„ 210 Ἠελίου ταχὺς ὄρνις
„ 219 τεφρώσας πυρὶ γυῖα,
„ 220 καὶ νοερὸς πάλιν ὄρνις
„ 222 Ἠελίου τόσε σῆμα
„ 240 ἐννύχιον γλυκὺν ὕπνον
„ 330 δεξιτερῷ ποδὶ πῆξε

Quos versus intuentes nos effugere non potest Iohannem plane abstinuisse elisione et vocibus encliticis procliticisque; unum vero verbum invenimus ante caesuram semiternariam in 14 versibus, in quibus vocabula choriambica totiens occurrunt quotiens molossica (septenis locis); quorum verborum ultima syllaba in sex versibus (I 274, 353, II 91, 116, 134, 240) positione producitur, quae summa satis magna videtur prae illis octo versibus qui hanc syllabam natura productam praebeant; nam apud poetas Alexandrinos ut supra vidimus non saepe producta est positione haec syllaba. Quod ad ceteros versus pertinet, Johannes Gazaeus eandem adhibuit rationem atque Nonnus; is enim persaepe nisi fere semper coniunctionem καί in prima thesi versuum qui huc spectant collocavit; cf. exempla quae sunt in Dion. libris I—III:

Dion. I 12 καὶ παλάμῃ δότε θύρσον
„ „ 81 καὶ νομίην ἅτε ῥάβδον
„ „ 180 καὶ διδύμους ἐπὶ πόντον
„ „ 201 καὶ στεφάνῳ στέφος ἄλλο
„ „ 294 καὶ βύθιον μετὰ τέρμα,
„ II 27 καὶ κενεὸν σπέος εὗρε·
„ „ 70 καὶ διερὴν φλέβα λῦσαν,
„ „ 78 καὶ δαπέδῳ πέσε καρπός
„ „ 117 καὶ τρομέω σέο Πᾶνα
„ „ 286 καὶ βλοσυρῶν μέγα χάσμα
„ „ 414 καὶ βλοσυροὺς δύο παῖδας

Dion. II 453 καὶ σκοπιὴ Διὸς ἄντα
„ „ 480 καὶ στεροπὴν δόρυ πάλλε
„ III 35 καὶ δεκάτης μετὰ νύσσαν
„ „ 215 καὶ τρῖτατος Διὸς ὄμβρος
„ „ 348 καὶ Λιβύης παρὰ τέρμα

Denique memorabile est apud Iohannem Gazaeum nunquam caesuram semiternariam voce effici monosyllaba, quo sane valde differt ab omnibus poetis epicis.

Ad Paulum Silentiarium venio cuius in duobus carminibus de Hagia Sophia et de Ambone notavi 36 versus (= 3,09 %) in quibus observatur regula, cum repugnent ei quattuor tantum versus qui quomodo excusari possint nescio:

Hag. Soph. 427 μῆκος ἔχων ὅσον εὖρος
„ 429 ἔνθα δέ τις κατὰ νύκτα
„ 493 ἔστι δ'ἰδεῖν μέγα θάμβος,
Amb. 240 τοῖος ἰδεῖν ὅδε χῶρος·

Imitatione Homerica fieri potest ut explicetur Hag. Soph. 512 θάμβος ἔχω, τίνα μῆτιν. (cf. Hom. Γ 342 θάμβος δ'ἔχεν εἰσορόωντας Δ 79, Ω 482); nomine proprio excusatur Amb. 138 τοὺς μὲν ἀνὰ Φρύγα χῶρον, anaphorae figura Amb. 285:

285 πῇ μὲν ὅλην περὶ πέζαν ἀρηρότα κόσμον ἑλίσσει,
286 πῇ δὲ καλόν πέπλοιο περὶ στόμα, πῇ δέ γε χειρῶν.

Versus in quibus valet regula sunt:

I. in carmine de Hagia Sophia:

183 χειμερίην μετὰ νύκτα,
207 ἡδύτερος μετὰ δάκρυ
231 Καρχηδὼν γόνυ δοῦλον
364 ὑστατίην ὑπὸ πέζαν
365 ἐγγύτερον περὶ κέντρον
367 ἀργυρέων κατὰ βαιόν,
419 μεσσάτιον κατὰ χῶρον
425 μηκεδανὸς δ' ἐπὶ τοῖσι
443 ἑσπέριον περὶ τοῖχον,
464 ἠερίαις κατὰ βαιόν
481 Λαϊνέη δ' ὅλα νῶτα
551 αἰθούσης κατὰ μέσσον

569 αἰθούσης κατὰ μῆκος
605 λαότορον δ' ἀνὰ τοῖχον
610 ζευγνυμένας κατὰ κόσμον
615 ἠνύσθη περὶ σεμνόν
657 αἰθούσης τάδε πάντα
672 εἰσοράαν, ὅτε πᾶσαν
729 εὐρυτέρης κατὰ βαιόν
758 μυστιπόλοι δ' ὑπὸ χερσίν,
777 δεξιτερῆς, ἅτε μῦθον
820 ἐκκρεμέας περὶ τέλσα
837 μεσσοπαγὲς δ' ἐπὶ κέντρον
877 εὐρύτερον κατὰ βαιόν,
910 ἐννύχιοι μέγα τάρβος
950 κερδαίνεις δ' ὅσα τύμβος
972 ὑμετέροις στέφος ἁβρόν.

II. in carmine de Ambone:
33 ἠδ' ὁπόσοι μετὰ τύμβον
98 ἀργεννὴ δ' ἐπὶ τοῖσι
102 ἀρτιγενεῖ περὶ λεπτά
129 ἀνδρομέου ποδὸς ὕψος
141 ἐξενέποι κρίνα λευκά
198 ἀλλ' ἀνέχει κατὰ κόσμον
211 θεσπεσίαις, ὅθι λαός
294 ἀντολικὸν δ' ἐπὶ τέρμα.

Videmus Paulum Silentiarium in carmine de Hagia Sophia quidem sicuti Iohannem Gazaeum nunquam esse usum ante caesuram semiternariam vocibus encliticis procliticisque aut elisione, in Ambone autem minore eius carmine mirum in modum duobus in versibus (33 et 198) elisione duas voces esse coniunctas; voces encliticas vel procliticas etiam hoc in carmine non reperis. Quamquam quin et Johannes Gazaeus et Paulus Silentiarius hanc legem metricam sibi imposuerint dubium non est, tamen una in re alter ab altero valde est diversus. Nam cum Johannes Gazaeus, ut supra vidimus, compluribus locis monosyllabum prima in thesi ponere non dubitaverit, Paulus Silentiarius tales versus sibi non indulsit; apparet igitur in omnibus versibus carminis de Hagia Sophia partem ante caesuram semiternariam positam una voce sive choriambica

sive molossica expleri. Idem cadere in Ambonis versus duobus ubi eliditur hexametris exceptis consentaneum est. Quod ad haec verba ipsa spectat, Paulus Silentiarius longe praetulit choriambica (26 iens) molossicis (8 iens), de qua re non mireris, cum in universum apud Nonnum eiusque sectatores dactylici pedes numero multo sint superiores spondiacis. Quorum verborum ultima quae exstat in trithemimere caesura syllaba satis raro positione producitur (octiens: Hag. Soph. 207, 365, 419, 425, 443, 605, 837; Amb. 294), in reliquis omnibus natura (28 iens); fortasse mirum videtur inter illa octo verba quae ultimam positione productam praebeant ne unum quidem inveniri verbum molossicum. Veri igitur est simile tales versus quales sunt Iohannis Gazaei versus:

I 274 δινωτὸν περὶ γαῖαν
I 353 Ἠῷον περὶ νῶτον
II 134 κρουνηδὸν κατὰ μέτρον

Paulo Silentiario plane displicuisse. Denique mihi dicendum est in octo hexametris (Hag. Soph. 150, 265, 834, 859, 878; Amb. 54, 146, 221) voce monosyllaba effici caesuram semiternariam. Nomen substantivum hoc loco non invenitur.

Restat ut breviter agam de carminibus Procli Lycii et Eudociae Augustae poetriae[1]). In septem hymnis Procli sine dubio regula valet; nam in uno tantum versu propter enumerationem rerum excusato neglecta est:
h. VII 48 τέκνα, λέχος, κλέος, ὄλβον, ἐυφροσύνην ἐρατεινήν,
in 14 autem versibus eam secutus est Proclus: I 12, 17, 20, 30, 38, II 20, III 3, IV 6, V 9, VI 8, 11, VII 13, 15, 33. (= 7,56 %). Uno loco caesura semiternaria monosyllabo efficitur (I 40).

Eudocia Augusta[2]), uxor imperatoris Theodosii II, hanc regulam non novisse videtur; inveniuntur enim in carmine

1) Procli Lycii et Eudociae Augustae carmina ed. A. Ludwich, 1897.

2) cf. ea quae de eius arte metrica A. Ludwich p. 9 sq. editionis suae dicit: In caesura fere nullam licentiam improbavit, ne productionem quidem primae syllabae vocum κατηφιόων (I 178), φυτηκομίην (II 239), ἐναντίβιον (II 313). Neque vero anxie fugit versus legitima caesura carentes (II 65, 87), nedum eos, qui pedem quartum

de S. Cypriano quinque versus qui ei repugnant (I 126, 147, 152, 155; II 83); observata est in 16 versibus (I 30, 103, 112, 125, 148, 173, 251, 277; II 105, 238, 285, 334, 402, 435, 449, 473).

Idem cadit in Maximi[1]) philosophi carmen de actionum auspiciis ubi reperiuntur quattuor versus regulae contrarii (286, 467, 522, 550), cum observata videatur in 14 versibus (24, 22, 56, 185, 229. 258, 325, 329, 336, 376, 411, 418, 459, 493).

§ 7. Iam videamus quamnam rationem sint consecuti auctores carminum anonymorum in adhibenda regula, quae sunt carmina quae vocantur Orphica, Manethonis Apotelesmatica, carmen de viribus herbarum, Oracula Sibyllina. In singulis carminibus breviter ostendam, utrum noverint poetae anonymi legem necne.

In Orphicis ut ab iis exordiar carminibus quae sunt Argonautica, Lithica, 88 hymni, magis minusve regula observata est. Argonautica praebent versus contrarios 12, quorum nonnulli excipiendi sunt imitatione Homerica: Arg. 681 αὖλιν, ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης ~ Hom. ι 260 ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης (ε 174, δ 504); huc pertinet Arg. 735 Ἀργὼ ὑπὲρ μέγα λαῖτμα. Arg. 988 αὐτὰρ ἐγὼν ὑπὲρ οὐδὸν ἔβην et 1218 ἥ ῥα θοῶς ἐπὶ νῆα κατήλυθεν et 891 ῥᾷστα περὶ φρεσὶ δ'ᾖσιν: quam saepe eisdem in sedibus versus apud Homerum occurrant verba αὐτὰρ ἐγώ, θοῶς ἐπὶ νῆα similiaque, φρεσὶν ᾗσιν nemo nescit. Arg. 774 δεῖμα δ' ἐνὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ ~ Hom. Τ 121 ἔπος τί τοι ἐν φρεσὶ θήσω (Φ 145, λ 146), ξ 227 θεὸς ἐν φρεσὶ θῆκεν; num imitatus sit Homerum auctor dubium videtur in Arg. v. 476 ἀλλὰ τί σοι περὶ τῶνδε; ille eodem versus loco praebet verba ἀλλὰ τί μοι Σ 80, υ 38. Duobus nominibus propriis, etiamsi non initio versus exstant, tamen excusandum puto Arg. 578 δῶρα, τά οἱ πόρεν Ὑψιπύλη Λήμνοιο φέρεσθαι. Arg. 19

incisione trochaica deformatum habent (I 25, 57, 106, 120, 156, 221, 262, 322, II 34, 345). Denique omnis generis hiatuum patientissima fuit (I 30, 104, 135 sq., 154, 168, 170, 172, 195, 204, 209, 212, 258, 263, 276, 278 sq., II 3 sq., 67, 141, 295, 446, saepius).

1) Maximi philosophi de actionum auspiciis carmen ed. A. Ludwich 1877.

σπέρμα γονῆς, τό τε πρόσθεν legi non repugnat, si legitur τὸ πρόσθεν quae lectio cur reiciatur non video[1]).

Restant quattuor tantum versus contrarii qui sunt:

244 αἶψα θοὸν ποτὶ κῦμα
271 αἳ οἱ ὑπὸ τρόπιν εἶντο
274 ἆλτο δ' ἔσω νεὸς Ἄργος
955 πολλὰ δέ μοι φέρε φάρμακ' ἐπισταμένη.

Hexametri in quibus observatur regula sunt: 23, 48, 97, 101, 129, 189, 220, 225, 257, 285, 298, 315, 469, 503, 533, 449, 589, 619, 623, 628, 654, 668, 679, 700, 703, 748, 751, 775, 827, 849, 1007, 1025, 1048, 1116, 1144, 1190, 1202, 1208, 1308, 1361.

Statuendum igitur est regulam valere in Argonauticis Orphicis.

Ad Lithica transeo quo in carmine sexiens quantum scio neglecta est regula:

95 καί μιν ἑλὼν χερὶ χεῖρα
305 οἵ κε θεοῦ μέγα δῶρον
392 σεῖο δ'ἔχεν πολὺ μεῖζον
411 ἀλλὰ λίθου πολὺ μεῖζον
605 παιδὸς ἑοῦ κλέος ἔρξαι
659 λᾶαν ἔχειν ἐνὶ χερσίν,

Ex regula formati sunt 29 versus (= 3,74 %) 115, 118, 143, 206, 215, 218, 231, 334, 356, 369, 377, 401, 421, 426, (◡|◡), 446, 478, 489, 496, 509, 519, 528, 574, 581, 639, (◡|◡), 667, 670, 706, 763, 774.

Quae cum ita sint, num re vera scriptor Lithicorum noverit regulam certum non videtur.

In hymnis Orphicis res similiter se habet atque in Lithicis; versus enim qui legi repugnant occurrunt octo ex quibus duo sunt excusati nomine proprio:

h. 48,1 Κλῦθι, πάτερ, Κρόνου υἱέ
h. 50,1 Κλῦθι, μάκαρ Διὸς υἶ',

Qui restant versus sunt:

h. 6,8 λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνόν,
h. 25,10 ἀλλά, πάτερ, μόλε μυστιπόλοις (cf. h. 68, 11)

1) cf. v. 91, 227, 1291 ubi exstat vox monosyllaba in arsi alterius sedis.

h. 59,9 δόξα δίκης παρὰ τέρμα
h. 68,11 ἀλλά, θεά, μόλε μυστιπόλοις (cf. h. 25, 10)
h. 87,2 πᾶσι διδοὺς χρόνον ἁγνόν,
h. 87,12 ὡς ἂν ἔῃ γέρας ἐσθλόν.

Regulam reperis observatam in 20 versibus (= 1,82 %) qui sunt: h. 13: 5, 8; 15, 3; 19, 12; 20: 1, 5; 26: 8, 9; 34: 16, 17; 38, 13; 39, 1; 40, 12; 42, 10; 58, 1; 59, 3; 73: 2, 7; 79: 8, 12.

§ 8. Dubium quoque est num in Apotelesmaticis quae Manethoni cuidam attribuuntur valeat haec lex; neque enim observatur in octo versibus. Excipiendi sunt tres hexametri: nomine proprio II 353 αὐτὰρ Ἄρης ἐπὶ τῷδε, Homeri imitatione VI 732 αὐτὰρ ἐγὼ μάλα μέν et IV 547 φῦλα βροτῶν τάδε πάμπαν; versus IV 547 ex Homero effictus videtur qui nonnullis dicit locis φῦλ' ἀνθρώπων (cf. Ξ 361, γ 282, η 307).

Reliqui quinque versus contrarii sunt hi:

II 161 ἀμφὶ ἕθεν πολὺ μεῖζον
II 299 καί τε δικῶν μέγα πλῆθος
III 223 κέντρον ἔχῃ, μάλα φῶτας
IV 335 ἠὲ πέλῃ κατὰ ταὐτόν
I 14 ὄφρα μάθῃς, ὅτι πάντα.

Ceterum auctor huius carminis legem non migravit: II 41, 48, 62, 125, 169, 251, 417; III 122, 224, 231, 297, 382; VI 78, 80, 107, 123, 150, 194, 195, 317, 327, 631, 752; IV 8, 96, 108, 159, 164, 226, 303, 310, 454, [500, 502], 528, 542; I 12, 32, 123, 254, 359.

Mirum sane videtur quod in libro quinto, quamquam continetur 340 hexametris, ne unus quidem invenitur versus ex regula formatus et quinque tantummodo locis (II 18, VI 92, 261, IV 13, I 52) in Apotelesmaticis efficitur caesura semiternaria voce monosyllaba.

§ 9. Is vero qui carmen de viribus herbarum composuit auctor sine dubio regulam nostram observavit, cum unus tantum hexameter ab ea discrepet: 181 δῶκε φορεῖν περὶ σῶμα et novem (= 4,18 %) congruent: 10, 56, 63, 66, 87, 92, 113, 142, 190.

§ 10. Restat ut breviter agam de Oraculis Sibyllinis[1]). In quibus in universum legem valere videbimus, in nonnullis autem eorum libris sitne observata ab auctoribus iure dubitari posse. Quomodo tota haec res se habeat in Oraculis Sibyllinis[2]), facilius cognoscas ex hac tabula:

Libri.	Versus in quibus observata est regula.	Versus legi contrarii.
I (400 versus)	15 (= 3,75 %)	— —
II (347 „)	10 (= 2,88 %)	2 (= 0,58 %)
III (829 „)	16 (= 1,93 %)	1 (= 0,12 %)
IV (192 „)	16 (= 8,33 %)	2 (= 1,04 %)
V (531 „)	6 (= 1,13 %)	1 (= 0,19 %)
VI (28 „)	2 (= 7,14 %)	— —
VII (162 „)	3 (= 1,85 %)	— —
VIII (500 „)	19 (= 3,80 %)	1 (= 0,20 %)
XI (324 „)	7 (= 2,16 %)	— —
XII (299 „)	8 (= 2,67 %)	1 (= 0,33 %)
XIII (173 „)	2 (= 1,16 %)	— —
XIV (361 „)	6 (= 1,66 %)	1 (= 0,28 %)
(4146 versus)	110 (= 2,65 %)	9 (= 0,22 %)

Qua ex tabula cognoscimus legem non observari in novem tantum versibus quae summa sane prae 4146 hexametris satis est exigua; novem versus sunt:

II 294 πᾶσιν, ὅσων κακὸν ἦτορ
„ 317 ἔνθα πέλει τρίβος ἀθάνατος
III 725 δεῦτε, θεοῦ κατὰ δῆμον
IV 60 ἐκ δὲ βυθοῦ τότε νῆσοι
„ 137 ἐς δὲ δύσιν τότε νεῖκος
V 176 ὡς τὸ πάλαι, ὅτε σάς
VIII 27 κοὐδὲ γάμος δίχα χρυσοῦ
XII 296 οἷα λέγω· σὺ γὰρ εἶ ἐν ἐμοί
XIV 266 ἀλλὰ πάλιν θεὸς ἄξει

1) cf. Joh. Geffken, Komposition und Entstehungszeit der Oracula Sibyllina, 1902.
2) A. Rzach, in Wien. Stud. XIV p. 18 sqq., XV p. 77 sqq.

Versus autem in quibus regula neglecta non est inveniuntur in Oraculis Sibyllinis 110 (=2,65%) qui sunt: I 7, 56, 110, 113, 118, 122, 135, 143 (◡|◡)[1]), 151, 246, 286, 307, 348, 353 (◡|◡), 364; II 6, 19, 27, 47, 154, 168, 237, 260, 305, 344 (◡|◡); III 268 (◡|◡), 317 (◡:◡), 340 (◡|◡), 422, 430, 461 (◡:◡), 479, 488, 537, 543, 617, 638 (◡:◡), 698, 759, 802, 825; IV 5, 12, 19, 22 (◡|◡), 55, 66, 75, 85 (◡|◡), 135, 136, 142, 148, 161, 172, 173, 178 (◡|◡); V 34, 110, 149, 227, 397, 399; VI 1, 18; VII 49, 99, 119; VIII 85, 132, 156, 201, 206, 221, 225 (◡|◡), 232, 242, 253, 274, 275, 300, 311, 337, 359, 373, 490; XI 117, 118, 170, 173, 181, 182, 297; XII 27, 86, 131, 153, 158, 259, 267, 272; XIII 51, 58; XIV 20, 105, 111, 220, 248, 327.

Quamquam igitur ut ex tabula proposita videmus in universum quidem lex valet in Oraculis Sibyllinis, tamen num in singulis libris de industria sit observata dubium videtur. Hoc est dicendum imprimis de libris V, VI, VII, XI, XII, XIII, XIV. Iam si singulos libros comparamus, eos valde inter sese esse diversos nos effugere non potest, cuius rei nonnulla exempla afferre liceat. Atque primum in censum vocandi sunt libri tertius et quartus, quorum in utroque inveniuntur sena dena exempla (cf. tab. propos.), quamquam libro tertio multo plures versus continentur (829) quam quarto (192); inde apparet inter centenos versus saepius regulam observasse auctorem libri quarti (8,33%) quam libri tertii (1,93%). Deinde operae erit pretium libros quartum et tertium decimum inter se comparare in utroque enim eorum inest fere eadem summa versuum; at tamen auctores in adhibenda lege differunt adeo alter ab altero, ut cum is qui scripsit librum quartum poeta saepissime (16 iens i. e. 8,33%) eam sit secutus, in libro tertio decimo noveritne omnino eius auctor regulam iure dubitari possit. Neque enim ex duobus tantum versibus (= 1,15%), etiamsi nullus reperitur versus legi contrarius, id unquam concludi potest. Similiter res se habet in libris quinto et octavo qui ipsi quoque fere eadem versuum multitudine continentur; tamen in

1) signum ◡|◡ apposui iis versibus in quibus alterius pedis arsis duabus vocibus monosyllabis efficitur, ◡:◡ ubi alterum monosyllabum est vox enclitica.

libro quinto, qui etiam numero versuum superat paululo librum octavum, multo rarius (6 iens, i. e. 1,12%) occurrunt versus in quibus observatur regula quam in libro octavo, quo in carmine sunt huius modi versus undeviginti (i. e. 3,80%). Alia quae sunt harum rerum similia facile in tabula proposita invenies.

Quod ad caesuram legitimam tertiae sedis spectat hoc unum, antequam huius capitis finem faciam, breviter memorandum est; apud poetas enim Alexandrinos et posteriores rarissime ne dicam fere nunquam versus ad nostram legem pertinentes occurrunt qui hac caesura sive semiquinaria sive trochaica careant; in Oraculis autem Sibyllinis huius generis sex quantum scio exstant hexametri, ex quibus mirum in modum quinque insunt in libro octavo; hi versus sunt:

III 422 οὐνόμασιν δυσὶ μισγόμενον·
VIII 132 ὑστάτιον βίον ἐκτελέσαι[1])
„ 206 καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος
„ 232 ἐκλείψει σέλας ἠελίου
„ 274 μαινομένην ποσὶν εἰρήνης
„ 311 τοῖς ἁγίοις, τέλος αἰώνων.

1) cf. Joh. Geffken, l. l. p. 45.

Altera pars.

De quattuor regulis metricis Nonnianis.

Nonnum Panopolitanum cuius de arte metrica iam multa a viris doctis dicta sunt[1]) suam quandam rationem in versibus componendis adhibuisse maxima cum severitate satis inter omnes notum est. Novo argumento hoc confirmari potest. De initio enim versus quattuor inveni leges metricas quae nisi a Nonno a nullo alio sunt observatae poeta; eas hac in parte dissertationis proponam.

Cap. I.

Prima regula.

Si versus pars quae exstat ante caesuram semiternariam[2]), continetur duobus vocabulis trochaico et iambico, caesura semiquinaria voce spondiaca effici non debet.

Apparet igitur eos versus qui praebeant formam – –|◡ –|– –|◡◡ pugnare contra rem metricam Nonni Panopolitani, cum versus huius modi –◡|◡–|◡◡– vel –◡|◡–|– –◡ vel –◡|◡–|◡◡–◡ nihil

1) Praeter ceteros commemoro: H. Tiedke. Quaest. Nonn. spec. diss. Berol. 1873; cf. quae idem protulit in Hermae vol. XIII p. 59–66, 266–275, 351–356, XIV p. 219–230, 412–422, XV p. 41–48, 433—436. A. Ludwich, Beiträge zur Kritik d. Nonnus v. P. 1873. A. Ludwich, Der Hexameter d. Nonnus (in Rossbach, Spec. griech. Metrik 1889). A. Ludwich, Hexametr. Untersuch. II (in Annal. phil. class. vol. 109). J. Hilberg, Princip d. Silbenwägung, Vindob. 1879. W. Meyer, l. l. p. 1003 sqq. A. Scheindler, in Wien. Stud. II p. 39 sqq., III p. 68 sqq.

2) Omnibus in iis versibus in quibus prior tertiae sedis brevis syllaba particulis quibusdam veluti δέ, μέν, γάρ aut vocibus encliticis efficiatur, caesuram quae vocatur κατὰ τρίτον τροχαῖον esse statuendam consentaneum est.

offensionis habeant et persaepe in Dionysiacis inveniantur. Cuius rei si causam quaerimus, arbitror rem eo explicari posse quod omnino Nonno caesura semiquinaria displicuit[1]); tum autem iam G. Meyer[2]) diligenter observavit, id quod ad usum verborum spondiacorum in universum pertinet, Nonnum ea in versu ita posuisse ut ultima eorum syllaba raro exstet in thesi pedum alterius, tertii, quarti, quinti. Versuum qui nostrae legi repugnant nonnulli excipiendi sunt: Nomine proprio satis excusantur

Dion. VIII 141 οὐδὲ μετὰ Κρήτην πάλιν
„ XIII 238 τοῖος ἀπὸ Κρήτης πρόμος

eadem ratione excusandos puto, quamquam nomen proprium non occurrit in caesura semiquinaria, hos versus:

Dion. I 342 Ἄργος ἔτι ζώειν, ἵνα
„ X 101 Φρίξον ἔτι ζώειν μετανάστιον·
„ XLVIII 184 Βάκχος, ἔτι στάζων γαμίους

Ex anaphorae figura et imitatione Homerica satis superque explicatur Dion. XXII 187 (= XXX 296)

ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον

qui versus totus sumptus est ex Homero; cf. Hom. E 703 (= Λ 299, Π 692) ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον.
Quam accurate atque diligenter sit secutus hanc regulam Nonnus, eo cognoscas quod in amplo Dionysiacorum carmine eam migrare 13 tantummodo locis sibi indulsit:

Dion. I 381 αἰγὶς ἐμοὶ μούνη περιλείπεται·
„ IV 235 νηὸς ἰδὼν ξείνους ἐπιβήτορας,
„ VI 197 τίγρις ἔην, στίξας δέμας
„ IX 22 νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι
„ „ 89 βωμὸν ἕνα στήσας ἐνοσίχθονι

1) cf. G. Herm. Orph. p. 691 et 696; Volkmann, Comment. epic. p. 10.

2) Meyer l. l. p. 1009: „Ein zweisilbiges spondeisches Wort darf nur den 1. (oder 6.) Fuss ausfüllen, spondeischer Wortschluss nur den 6. Fuss; sonst sind solche stumpfen Füsse verboten. Die Schlusssilbe eines zweisilbigen spondeischen Wortes bildet nicht oft die 2. oder 3. Hebung, fast nie die 4. und nur selten die 5. (natürlich nie die 6. Hebung).“ cf. A. Scheindler, Zu Nonnus v. Panopolis Wien. Stud. III (1881) p. 68 sqq. ubi de verbis spondiacis agit.

Dion. XI 240 πλοχμὸν ἕνα τμήξας ἐπεθήκατο
„ XVII 264 τύψε κατὰ στέρνου πεφιδημένος·
„ XIX 269 ὀρθὸς ἐπὶ πτέρναις ἑλικώδεϊ
„ XXIV 55 μηδὲ πυρὶ φλέξῃς ὑδάτων
„ XXXII 89 οἷα πόθου πνείων καί
„ XXXVII 43 = XI 240
„ XXXVIII 312 ἑπτὰ περὶ ζώναις κυκλούμενον
„ XLVIII 353 ὅττι διὰ στέρνων κεχαλασμένον

Cap. II.

Altera regula.

Si hexametri Nonniani a duobus incipiunt vocabulis trochaico et iambico, alterius pedis arsis longa nulla alia voce monosyllaba effici potest nisi vocula καί aut negatione οὐ sive μή.

Quae lex tam accurate a Nonno observata est in Dionysiacis, ut ne unus quidem versus occurrat contrarius quin anaphorae figura excusetur[1]); sunt autem huius modi quattuor tantum versus:

Dion. VI 327 πᾶσα πόλις, πᾶς δῆμος ἔην ῥόος· οὐδέ τις ἀγκών
„ X 427 δέκτο νέος τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα δέχνυτο Ληνεύς
„ XXV 247 οὐδὲ κύων, ἢ ταῦρος, ἢ αὐτόπρεμνος ὀπώρη
„ XLVII 621 δῆριν ἄγεις, ὃς Ζηνὸς ἔχει γένος, ᾧ ποτε μούνῳ

Quibus perpaucis in versibus regulam de industria esse neglectam nemo non primo obtutu cognoscit. Versus qui non abhorrent ab hac lege, ex libris I—XXIV iam afferre mihi liceat:

I. in alterius pedis arsi occurrit καί[2]):

Dion. I 260 Ταρσὸν ὁμοῦ καὶ Κύδνον
„ „ 369 δῶκε βόας καὶ μῆλα
„ „ 500 ἀλλὰ θεοὺς καὶ Ζῆνα
„ II 363 σκῆπτρα Διὸς καὶ θῶκος

1) A. Ludwich, Der Hex. d. Nonnus (Rossbach, Spec. griech. Metr. 1889 p. 63. adnot.).

2) De voculae καί usu apud Homerum v. J. La Roche, Wien. Stud. XVII (1895) p. 165 sqq.

Dion. II 415 εἶχε Φόβον καὶ Δεῖμον
„ II 417 στῆσε Φόβον, καὶ Δεῖμον
„ „ 571 σκῆπτρα Διὸς καὶ πέπλα
„ III 197 = II 571
„ IV 100 κλῆρον ἐμὸν καὶ δῶμα
„ „ 155 οἶκτον ὁμοῦ καὶ ζῆλον
„ „ 240 ἀλλὰ βέλος καὶ τόξον
„ „ 285 τοῖος ἔην· καὶ κραιπνός
„ „ 311 εἶπε θεός· καὶ Κάδμος
„ „ 382 εἶχε δακών, καὶ χλωρόν
„ V 31 δεῖπνον ἔην, καὶ Κάδμος
„ „ 120 Κάδμον ὁμοῦ καὶ Ζῆνα
„ „ 523 δῶρον ἐμοὶ καὶ τοῦτο
„ „ 525 = IV 240
„ VI 349 ζῆλον ἔχω καὶ δεῖμα
„ VII 219 ὅττι τόσον καὶ τοῖον
„ IX 226 Ζῆνα τέκεν καὶ Βάκχον
„ XI 353 θύρσον ἔχων, καὶ στικτόν
„ XII 236 σῦκον ὁμοῦ καὶ μῆλον
„ XIII 124 εἶχον ἕδος καὶ γαῖαν
„ XIV 39 ἦλθε Λύκος, καὶ Σκέλμις
„ „ 61 ἀλλὰ τόσος καὶ τοῖος
„ „ 118 τοῖσι γέρας καὶ σκῆπτρον
„ XV 245 ἐγγὺς ἐὼν καὶ νόσφιν
„ „ 285 ῥῖπτε βέλος καὶ ψαῦε
„ XVI 22 ἧχι βέλος καὶ τόξον
„ „ 318 λεῖπε βόας καὶ μῆλα·
„ XVII 316 ἦεν ἀγὼν καὶ δῆρις
„ XIX 19 παιδὶ νέῳ καὶ μητρί
„ „ 43 Βάκχος ἄναξ καὶ τοῖα
„ „ 238 χειρὶ μιῇ καὶ κισσόν
„ „ 346 εἶπε Μάρων· καὶ πάντες
„ XX 175 ἄκρα ποδῶν καὶ χεῖρες
„ „ 178 οἷα βόες καὶ μῆλα,
„ „ 295 ὀξὺ κέρας καὶ βότρυν
„ „ 392 αὐτὸς ὁμοῦ καὶ Βάκχος
„ XXI 4 δῶκε μένος καὶ θάρσος
„ „ 156 γνωτὸν ἐὸν καὶ Ζῆνα

Dion. XXII 288 πέμπε βέλος, καὶ βαιόν,
" " 362 κραιπνὸς ἀνὴρ καὶ πᾶσιν

II. in alterius pedis arsi occurrit οὐ sive μή:

Dion. II 360 ἦεν ἀγών, οὐ νεῖκος
" IV 354 ἁγνὸν ὕδωρ· οὔ πω γάρ
" VIII 100 κεῖθι μένω, μὴ Κῆτος
" X 198 εἰπέ, φίλος, μὴ κρύπτε
" " 309 εἰπέ, πάτερ, μὴ κρύπτε
" XII 220 κρύψεν ὕδωρ, οὐ ξυνός
" XIV 275 παιδὶ Διός, μὴ Βάκχος
" XV 348 αὐλὸς ἐμός, μὴ πηκτίς
" XVII 108 χειρὶ φέρων, οὐ γυμνόν
" XX 94 νόσφι πόνων οὐκ ἔστιν
" " 268 λεῖπε μόθον, μὴ κτεῖνε
" XXII 106 ἀλλά, φίλος, μὴ σπεῦδε

Exempla quae reperiuntur in ceteris libris sunt: XXV 156, 216, 258, 490; XXVI 34 (οὐ); XXVII 31, 337; XXVIII 84 (μή); XXX 150, 232; XXXII 163 (οὐ), 178; XXXIII 54, 180, 181, 239, 260; XXXIV 173; XXXV 115, 380 (οὐχ); XXXVI 85, 110, 111; XXXVII 552, 590 (οὐ); XXXVIII 259; XXXIX 2, 27, 101; XLI 397, 420; XLII 111, 112; XLIV 111, 215; XLVII 291, 582; XLVIII 107, 497 (οὐ), 648, 649.

Frequentissime igitur duarum vocum monosyllabarum usus est Nonnus vocula καί (79iens), negationem vero οὐ sive μή in 18 tantum versibus adhibuit ex quibus mirum in modum octo anaphorae figura excusari possunt:

II 359 εἰς μόθον. οὐ βοέης ἀγέλης χάριν, οὐ περὶ ποίμνης
" 360 ἦεν ἀγών, οὐ νεῖκος ἔην....
VIII 100 κεῖθι μένω, μὴ Κῆτος ἴδω, μὴ Περσέος ἅρπην,
XIV 274 μὴ μόθον ἐντύνητε θεημάχον, ἄφρονες Ἰνδοί,
" 275 παιδὶ Διός, μὴ Βάκχος....
XVII 108 χειρὶ φέρων, οὐ γυμνὸν ἔχων ξίφος, οὐδ' ἐπὶ νευρῇ
XX 268 λεῖπε μόθον, μὴ κτεῖνε φίλους, μὴ φεῦγε γαλήνην
XXVI 34 αἷμα φέρεις· οὐ θνητὸν ἔχεις δέμας· οὔ σε δαμάσσει
XXXII 162 ἔνθα τις οὐ κατὰ κόσμον ἔην ἔρις, οὐ κλόνος ἀνδρῶν
" 163 ἶσος ἔην, οὐ δῆρις .....
XXXIV 173 παιδὸς ἑῆς, οὐ χρυσὸν ἐπήρατον, οὐ λίθον ἅλμης.

Cap. III.

Tertia regula.

Si versus pars quae exstat ante caesuram semiternariam uno vocabulo continetur alterius sedis arsis longa nullis aliis vocibus monosyllabis effici potest nisi vocula καί aut negatione οὐ sive μή.

Cui regulae decem tantum versus repugnant in Dionysiacis; excipiendos censeo hos sex versus anaphorae figura:

XXV 248 χρυσοφαής, ἢ κόπρος, ἢ ἄστατος ὄρνις ἀλήτης
XXVI 62 χρυσοφόρων, οἷς πλοῦτος ὁμέστιος, οἷς θέμις αἰεί
XXXVI 390 διχθαδίην, ἢ Βάκχον ἑλεῖν ἢ δμῶα τελέσσαι.
XL 68 = XXXVI 390
XLII 140 ἀνδροφόνοι; πῇ φρικτὰ κεράατα; πῇ σέο χαίτη
XLIV 224 ἀδρανέων. οἷς κοῦφος ἀεὶ νόος, ὧν καὶ ἀνάγκη

Nominibus propriis sane aliquid excusationis habent duo versus:

XIX 84 Τριπτολέμῳ σὺν παιδί
XXXVI 282 Λωγασίδην θ', ὃς μοῦνος,

Restant duo tantum hexametri:

III 439 ἀθανάτους ὁ ξεῖνος

vox enclitica tam arte cum verbo sequenti cohaeret ut paene monosyllabum sentiatur. Alter est versus

VIII 183 παιδοκόμῳ, τὴν αὐτός.

Cum Nonnus nunquam in uno hexametro duos spondeos subsequentes posuerit nisi in pedibus altero et tertio [1]), non mirabimur quod ad unum omnes versus huc pertinentes praebent ante caesuram semiternariam vocem choriambicam; unde apparet tales versus quales persaepe occurrunt in Quinti Smyrnaei Posthomericis:

A 601 ὤρμηνεν δ' ἢ χειρί
" 621 Πηλείδης. ἣ δ' ὦκα
" 645 δειλαίη· τίς γάρ σε
" 680 μαρμαίρων, τῷ δ' ἀμφί

1) Quod ad usum spondeorum et dactylorum spectat, Nonnus ex illis 32 quas adhibitas invenimus apud Homerum formis novem tantum usurpavit quae sunt ddddd, dsddd, dddsd, dsdsd, sdddd, sddsd, ddsdd, sdsdd. dssdd; ssddd et quae sunt similes formas nunquam admisit. cf. A. Ludwich, Der Hex. d. Nonnus (in Rossbach, Spec. griech. Metr. 1889 p. 57); eiusdem diss. Beitr z. Kritik d. Nonnus, Koenigsberg 1873 p. 43.

A 780 Ἀργείων · τοὺς γάρ ῥα
„ 812 ἡρώων, οἵ δή σφιν

nusquam inveniri in Nonni Dionysiacis. Poetae etiam versus ubi καί vocula natura producta posita est in arsi alterius pedis veluti δειλαίη · καὶ μηρόν plane displicuisse consentaneum est, id quod fortasse mirum videtur quia versus eiusdem generis in quibus vocula καί corripitur, etiamsi non saepe admisit, tamen minime vitavit; ex. gr. afferam

Dion. I 379 δηθύνεις, καὶ Ὄλυμπος
„ XVI 25 ἀγρώσσω καὶ ἔγωγε
„ XIX 244 εὐφραίνων, καὶ ἔνειμε
„ XXVI 271 ἀλλοίην καὶ ἄπιστον
„ XXXV 352 νικήσω καὶ ἔγωγε.

Iam ex Dionysiacorum libris I—XXIV eos hexametros in quibus Nonnus suam consuetudinem secutus est proponam.

I. καί vocula invenitur in arsi alterius sedis horum versuum:

II 111 αἰδομένη, καὶ μηρόν
„ 276 χειμερίην · καὶ γνωτός
„ 561 ὑψιτενής, καὶ νῶτα
III 14 ἀρτιφανής, καὶ γυμνόν
„ 31 οἰδαλέον, καὶ νηός
„ 152 ἀγχιφύτῳ, καὶ μῆλον
„ 223 ἠνορέην καὶ κάλλος
„ 262 νηοπόλος, καὶ φρικτά
„ 264 πρεσβυγενής · καὶ Ζῆνα
„ 421 Ἁρμονίη καὶ Κάδμος
IV 113 ἀμφιπόλους, καὶ μοῦνον
„ 190 Ἁρμονίην καὶ Κάδμον
V 307 ἀγχιφανής · καὶ τὸν μέν
„ 544 ἰοδόκην καὶ τόξον
VI 83 ἑσπερίῳ · καὶ κλῆρον
VII 188 ὑγροβαφής, καὶ στέρνον
„ 275 οὐρανίη · καὶ βαιός
VIII 202 ἀντιτύπῳ, καὶ νέρθεν
„ 393 πυρκαϊὴν καὶ τύμβον
X 33 Εὐμενίδων, καὶ γλῶσσα
„ 43 Ἀρτέμιδος, καὶ κοῦφον

XI 157 ἀπροϊδής, καὶ γλῶσσαν,
„ 239 πορφυρέῳ · καὶ δῶρον
„ 317 ὑστάτιον καὶ μοῦνον
„ 433 εἰς ἑτέρην, καὶ πατρός
„ 481 ἰσοφυῆ, καὶ Καρπός
XII 207 ἀμβροσίην καὶ νέκταρ
XIII 61 Εἰλέσιον καὶ Σκῶλον
„ 355 Ἁρμονίη καὶ Κάδμος (= III 421)
XIV 84 γλαυκιόων, καὶ Ξάνθος
„ 111 Ληνοβίῳ, καὶ Σκιρτός
„ 191 Ἀμφίθεμις καὶ Φαῦνος
XV 250 ἡμιφανής, καὶ μᾶλλον
XVI 84 ἐνδρομίδας καὶ τόξα
XVII 104 Βασσαρίδων, καὶ λαός
„ 139 ὁπλοφόροι καὶ Φῆρες
„ 284 ἠέλιον καὶ γαῖαν
XVIII 59 οἰστρομανής · καὶ Πᾶνες
„ 105 συμπλεκέες, καὶ κύκλος
„ 122 ἀμφίπολοι καὶ δμῶες
XIX 110 δεξιτερήν, καὶ Βότρυς
XX 230 πορφυρέους καὶ θῆλυν
XXI 9 τρηχαλέῳ, καὶ στέρνα
„ 253 Ἠέλιον καὶ Ζῆνα
„ 328 εὐρυτενής, καὶ κοῖλον
XXIV 66 Ἠέλιον καὶ Βάκχον
„ 113 ὑγροπόροι καὶ Πᾶνες
„ 260 Ἠέλιον καὶ λύχνον

II. in alterius pedis arsi occurrit οὐ sive μή:

I 504 Πιερίδας μὴ κτεῖνε
II 99 ἀμφοτέραις. μὴ Φοῖβον
V 574 δωροφόροι · μή πω δέ
VII 247 ἡμιόνους οὐκ οἶδε
VIII 64 ἀχνυμένης, οὐ Ζῆνα
XV 274 Θρινακίην οὐκ οἶδα
„ 349 ποιμενίην μὴ βάλλε
„ 406 λισσομένην · μὴ πέμπε
XIX 170 δακρυχέειν οὐκ οἶδα
XX 340 οἰδαλέῳ μὴ μῆλα

XXI 218 ἀλλοφυεῖς, οὐ φῶτας
XXII 54 τερπομένους μὴ θῆρας
„ 160 δυσμενέων, οὐ γυμνόν.

Qui in reliquis libris inveniuntur versus sunt hi: XXV 16 (μή), 301, 474; XXVI 373; XXVII 167, 204, 229, 241; XXIX 114, 141; XXX 193, 286 (οὐκ); XXXII 7, 80, 115, 180; XXXIII 170; XXXIV 104; XXXVI 153, 460, 465; XXXVII 29, 65, 75, 207, 263, 292, 350, 468, 637; XXXVIII 216, 286, 313; XXXIX 86 (μή), 132; XL 153 (μή), XLI 113; XLII 75, 478, 529; XLIII 299, 355; XLIV 113, 117; XLV 65, 181, 239, 288, 339; XLVI 23 (οὐκ), 77, 202 (οὐ); XLVII 93, 275 (μή), 332 (οὐ), 371 (μή), 456, 492 (οὐ), 723 (μή); XLVIII 626, 916, 939.

Cap. IV.

Quarta regula.

Si alterius pedis prior brevis syllaba efficitur particula δέ, versus pars quae antecedit aut ex uno vocabulo sive choriambico sive molossico aut duobus verbis, id quod perraro fit, quae voce quadam proclitica quasi unius vocis sunt instar, constat.

Quam miram regulam tam diligenter tantaque cum severitate observavit Nonnus, ut et in Dionysiacis et in Paraphrasi tribus tantummodo locis neglexerit ex quibus duo anaphorae figura satis excusantur; unus in Dionysiacis:
VIII 121 ἐν μὲν ἐπικλοπίῃ πολυμήχανος, ἐν δ' ὀαριστύς
„ 122 πάρφασις, ἐν δὲ δόλοι πολυειδέες, ἐν δὲ καὶ αὐτός
accedit quod verba ἐν δ' ὀαριστὺς πάρφασις sine dubio sumpta sunt ex Homero, cum eodem versus loco apud eum inveniantur:
Hom. Ξ 216 ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς
„ „ 217 πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε ....

Alter versus ubi vitium explicatur metricum anaphorae figura est Paraphr. V 169 πῶς δέ με, πῶς δὲ δύνασθε.

Qui restat versus regulae contrarius[1]) est Dion. XXX 124 ἢν ἐθέλῃς δέ, χόρευε.

Iam ad ea exempla accedamus in quibus observata est

1) Dion. XXVII 153 τὴν ἑτέρην δὲ φάλαγγα propter articulum nihil praebet offensionis.

regula. Atque primum quidem afferam qui exstant in Dionysiacorum libris I—VI versus huc pertinentes:

I 158 συμφυέες δὲ δράκοντες
„ 165 εὐπαλάμῳ δὲ φάλαγγι
„ 184 ὁλκαίοις δὲ πόδεσσιν
„ 189 οὐρανίου δὲ Δράκοντος
„ 220 μαρναμένη δὲ Γίγαντος
„ 224 ἀστραίας δὲ φάλαγγας
„ 244 σμερδαλέην δὲ Γίγαντος
„ 258 Κωρυκίου δὲ κάρηνα
„ 263 νισσομένου δέ Γίγαντος
„ 266 νηχόμενοι δὲ δράκοντες.
„ 284 πυργώθη δὲ θάλασσα
„ 291 μαρναμένου δὲ Γίγαντος
„ 299 ἀννεφέλου δὲ Γίγαντος
„ 376 ψευδαλέον δὲ βοτῆρα
„ 498 ἀπλανέων δὲ φάλαγγα
„ 521 θελγομένῳ δὲ Γίγαντι
II 32 ὑψιλόφου δὲ Γίγαντος
„ 54 Νηιάδων δὲ φάλαγγας
„ 60 μαινομένου δὲ Γίγαντος
„ 96 ἐκ πίτυος δὲ φυγοῦσα
„ 182 αἰθερίῳ δὲ Δράκοντι
„ 244 ἠελίου δὲ φανέντος
„ 250 φθεγγομένου δὲ Γίγαντος
„ 288 αἰθερίῳ δὲ Λέοντι
„ 290 ἡμετέρους δὲ δράκοντας
„ 370 συμμιγέες δὲ δράκοντες
„ 380 μαρναμένου δὲ Γίγαντος (= I 291)
„ 400 Πιερικῷ δὲ τένοντι
„ 401 ἀντολίης δὲ θέμεθλα
„ 412 ὑγροβαφῆ δὲ βέλεμνα
„ 503 σεισαμένη δὲ πάχιστον
„ 521 = 380 (= I 291)
„ 542 δερκομένη δὲ Γίγαντος
„ 553 ἰσοτύπου δὲ τάλαντα
„ 572 Ἀστραῖον δὲ κόμισσον
„ 634 ὑδρηλοῖς δὲ πόδεσσιν

II 652 νησαίους δὲ τένοντας
„ 657 οὐρανίου δὲ Λέοντος
III 27 συμπλεκέες δὲ κάλωες
„ 33 πηδαλίου δὲ κόρυμβα
„ 72 βρυχηθμῷ δὲ Λέοντες
„ 112 τερπομένην δὲ γάμοισι
„ 118 Κυπριδίην δὲ θύγατρα
„ 273 γυιοβόρῳ δὲ μύωπι
„ 384 δεξαμένη δὲ θύγατρα
IV 206 πατρῴην δὲ λαβοῦσα
„ 210 = III 118
„ 229 διχθαδίους δὲ κάλωας
„ 319 Παρνησσοῦ δὲ κάρηνα
„ 403 Γηγενέων δὲ φάλαγγας
„ 412 θηγαλέην δὲ μάχαιραν
V 13 αὐχενίους δὲ τένοντας
„ 33 δαιτυμόνων δὲ φάλαγγες
„ 88 Ἀονίων δὲ θύγατρες
„ 149 εἰς κεφαλὴν δὲ κάρηνον
„ 212 κεκριμένας δὲ θύγατρας
„ 405 φοιταλέοις δὲ πόδεσσι
„ 536 ἐκ λεχέων δὲ δάμαρτα
„ 558 αἰνοπαθῆ δὲ Λέαρχον
VI 39 νεκταρέῳ δὲ κύπελλα
„ 98 ἀμφοτέροις δὲ Δράκοντα
„ 136 λυσαμένη δὲ δράκοντας
„ 253 ὑδρηλαὶ δὲ θύγατρες
„ 258 ὑψώθη δὲ θάλασσα
„ 263 ποντοπόροι δὲ λέοντες
„ 292 Νηρεΐδων δὲ φάλαγγες
„ 337 ἀστραίῃ δὲ φάλαγγι
„ 385 δωμήθη δὲ μέλαθρα

De his versibus ipsis pauca dicenda sunt; cum eorum altera sedes semper sit dactylus, prior pes secundum Nonni artem metricam etiam spondeo effici aut versus pars quae est ante caesuram semiternariam verbo molossico potest (cf. III regulam propositam); sed satis raro (13 iens inter 68 versus enumeratos librorum I—VI) tales versus inveniuntur in Dio-

nysiacis. Rarissime autem, ut iam supra dixi, leguntur in Nonni carminibus illi versus qui ante caesuram semiternariam praebeant vocem procliticam quae cum verbo sequenti anapaestico sive spondiaco quasi in unum coalescit vocabulum, cuius generis in Dionysiacis 9 tantum inveni:

II 96 ἐκ πίτυος δὲ φυγοῦσα
V 149 εἰς κεφαλὴν δὲ κάρηνον
„ 536 ἐκ λεχέων δὲ δάμαρτα
VII 178 οὐκ ἀθεεὶ δὲ ῥέεθρα
IX 247 ἐκ θαλάμου δὲ φυγοῦσα
XVII 32 ἐκ πόλιος δὲ πόληα
„ 75 οὐ χατέεις δὲ γάλακτος
XVIII 254 ἐξ ὑπάτου δὲ τένοντος
XXXVI 329 ἐκ βλοσυροῦ δὲ λέοντος

Cum quod ad caesuram primariam tertii pedis spectat Nonnum longe frequentissime usurpasse quae κατὰ τρίτον τροχαῖον vocatur caesuram satis sit notum omnes illos versus allatos esse distinctos hac caesura consentaneum est; omnino Nonno caesura semiquinaria in versibus huc pertinentibus ita displicuisse videtur, ut eam in 5 tantum hexametris adhibuerit, qui omnes illi observationi metricae repugnant quam fecit in Dionysiacis Tiedke[1]): „Ante caesuram enim semiquinariam vocem bisyllabam iambicam certe in Dionysiacis collocare non solet, nisi quae una cum alia bisyllaba vel duabus monosyllabis choriambum efficiat velut μισθὸν ἔχοις, εἶδος ἔχων, καὶ σὺ φίλη similia“. Sex tantum versus contrarios Tiedke invenit ex quibus quinque etiam ad nostram regulam spectant:

XIX 40 γηραλέου δὲ Πίθου
„ 177 Σειληνὸς δὲ νέης
XXV 424 σιγαλέῃ δὲ λύρῃ
XXXVII 44 ποίησαν δὲ πυρήν
XLIII 246 κερδαλέος δὲ γέρων

Cur hi versus praeter XIX 40, ubi nomen proprium exstat in caesura semiquinaria, longiore in initio vocabulo excusentur, ut Tiedke censet, intellegendum non est, praesertim cum ut vidimus illa longiora vocabula quae sequitur particula δέ posita in initio versus plane consentiant cum arte metrica Nonni Panopolitani.

1) Herm. XIII p. 64.

Nunc autem quod in universum pertinet ad nostram regulam dixerit fortasse quispiam hanc consuetudinem Nonni minime esse miram, cum fere in omnibus versibus antecedentibus una cum exitu versus etiam finiatur enuntiatum. Qua de causa cum δέ particula fere semper altero loco[1]) enuntiati ponatur, omnes hos versus a vocabulo choriambico sive molossico aut a duobus quae vi vocis procliticae quasi verbum huius generis fiant, initium capere esse consentaneum. Respondeo equidem: Sane res non esset notabilis, si Nonnus etiam nunquam finisset enuntiatum post primum trochaeum aut dactylum aut spondeum; nunc vero persaepe in eius carminibus post illas incisiones inveniuntur interpunctiones, qua in re ille[2]) vix aliam secutus est rationem atque Alexandrini et posteriores poetae; cuius rei nonnullos afferre versus mihi liceat:

I 360 φαίνεται, ἑσπερίην δέ
„ 481 εἶπε, καὶ Ἀδρήστεια
„ 507 ἔννεπε· καὶ χαροπῇσιν
II 311 μείλιχον, ὀψιγάμῳ δέ
„ 359 εἰς μόθον. οὐ βοέης
„ 449 νήπιος· οὐδ' ἐνόησε,
„ 625 ἔμπης, εἰ νόον
III 76 ἄζυγες, οὓς Κρονίη
„ 107 ἡδύς, ὃς ἱμερόεντος
„ 110 ἔδρακες, ἧχι πέλει
„ 121 ἤλιτον· ἀλλά με
„ 422 δούλιος· Ἠλέκτρῃ δέ
IV 83 ἤλιτον· οὐ τάχα
„ 85 οἶδα, πόθεν νέος
V 439 μάρτυρες· εἰ σκοπέλοις.

1) Oppianus, Cynegeticorum auctor, vel tertio loco particulam δέ ponere saepe ausus est (I 393, 459, II 314, 450, 454, III 20, 221, 338, 501, 523, IV 317). cf. Lehrs, Quaest. epic. p. 320.

2) v. tabulam ab Arthuro Ludwich de interpunctionibus in primo libro Dionysiacorum propositam (Rossbach, Spec. griech. Metr. p. 65):

```
1 | —   ‖ 2 | —   ‖ 3 | —   ‖ 4 | —   ‖ 5 |     ‖ 6 | —
— | ◡ ◡ ‖ — | ◡ ◡ ‖ — | ◡ ◡ ‖ — | ◡ ◡ ‖ — | ◡ ◡ ‖ — | ◡
     10     24          11   2       72
   1    16              87     2        3     3  236
```

Volkmann, Commentat. epic. p. 39.

Videmus in omnibus his versibus qui multis augeri possunt facile fieri potuisse, ut Nonnus in caesura quae κατὰ δεύτερον τροχαῖον vocatur collocaret δέ particulam. Tamen nunquam id fecit quo manifeste elucet eum tales versus de industria non composuisse quales multi apud ceteros fere omnes poetas epicos occurrunt velut

Apoll. Rhod. I 232 ἔμμεναι· ὣς δὲ καὶ αὐτόν
„ „ „ 267 πέφραδεν· οἳ δὲ τὰ σῖγα
„ „ III 231 ἦν στόματ', ἐκ δὲ πυρός
„ „ „ 729 ἠώς, μὴ δέ με δηρόν
Arat. 494 τέμνει, τὸν δὲ διηνεκέως
„ 929 πνεύματος· εἰ δέ κεν
Theocr. X 9 οὐδαμά. τίς δὲ πόθος
„ XXV 243 κέρκον, ἄφαρ δὲ μάχης[1])
Nic. Ther. 590 σώχειν, ἐν δέ τέ οἱ
„ „ 942 λίτρου· σὺν δὲ κύμινα
Opp. Cyneg. I 459 ἐχθρὸν ἔαρ δὲ κύνεσσι
Orac. Sibyl. V 77 ἀντὶ θεοῦ δὲ λίθους[2]).

Restat ut breviter agam de particulis μέν et γάρ hoc versus loco collocatis. Quod ad particulam μέν spectat Nonnus eandem quam de particula δέ secutus est consuetudinem, ita autem ut mirum in modum hanc voculam longe rarius adhiberet; inveni enim in Dionysiacis 11 tantummodo huius modi versus qui sunt hi:

X 293 νηπιάχῳ μὲν ἔειπεν
XIV 228 κεκριμένον μὲν ἕκαστος
XIX 264 δεξιτερὴν μὲν ἔπαυσε,
XXV 257 ὑμνήσειν μὲν ὄφελλε
„ 546 δεξιτεροῦ μὲν ἔπαλλε
XXIX 211 Εὐρυμέδων μὲν ἔλαυνε,
XXXIII 226 Χαλκομέδη μὲν ἵκανεν
XXXIV 118 Χαλκομέδην μὲν ἅπαντες,
XXXVII 310 ἱπποσύνης μὲν ἔγωγε
„ 534 Εὐρυμέδων μὲν ἔκαμνε
XLVIII 213 Οἰνόμαος μὲν ὄλωλε,

1) Bucol. app. II, p. 96 Wil.

2) cf. p. 90 diss.

quae summa sine dubio minima est prae illis 386 hexametris in quibus eodem versus loco posita est particula δέ; in usu particulae γάρ Nonnus nostram regulam non observasse videtur, cum, quamquam tres tantum quantum scio in Dionysiacis ei repugnant versus qui sunt

Dion. XIII 243 νηλής· οὐ γὰρ ἔμελλεν
„ XXVIII 321 ἤμβροτεν· οὐ γὰρ ἔοικε,
„ XLII 320 τίς κάμε; καὶ γὰρ ἄπιστον

unus tantummodo versus sit formatus ex regula: Dion. XVIII 176 μιμηλῆς γὰρ ὄπωπε.

Cap. V.

Iam quam rationem in adhibendis his quattuor regulis Nonni sectatores sint secuti quaeritur. A prima lege qua praescribitur, ne caesura semiquinaria voce spondiaca efficiatur duobus vocabulis trochaico iambicoque praecedentibus, nunquam discesserunt Musaeus, Colluthus, Johannes Gazaeus; Paulus Silentiarius in duos tantum versus admisit verbum spondiacum: Hag. Soph. 579 νυκτὸς ἕδος δισσὴν ἐπὶ δικλίδα et Amb. 92 τρέψεν ὅλην χροιὴν ἔτι λείψανα. Duos quoque huius generis versus praebet Tryphiodorus: 64 ὀρθὸν ἐπὶ στάθμην μέγεθος et 280 χερσὶν ὕπο Τρώων ἱκέτην; hic versus sane excusatur nomine proprio. In Christodori Ecphrasi unus occurrit versus regulae contrarius: 256 Χαῖρε, φάος ῥήτρης, Ἰσόκρατες; idem cadit in hymnos Procli Lycii: h. VI 1 (= 13) Χαῖρε, θεῶν μῆτερ, πολυώνυμε. Quam crebro vero haec regula metrica nisi de industria observatur violari possit nobis dilucide ostendit Eudocia Augusta poetria quae octiens in caesura semiquinaria collocavit verba spondiaca:

I 247 τόσσα κακὰ ῥέξας; πῶς δ' ἂν θεόν
II 162 γλῶσσαν ἔχεν πάντων μελέων,
„ 247 ταῦτα δέοι, λοιβὴ καί κνίση
„ 304 ἔνθεν ἐμοὶ δαίμων πρώτως
„ 397 ἀλλὰ βοὴν δήμου Χριστοῦ
„ 412 εὖτε τεὰς πρήξεις καὶ οὐλοά
„ 421 οὐδὲ τεὴ βουλὴ παγίη,
„ 474 φημὶ ἐμὴν λυπρὴν βιοτήν.

Maximus philosophus semel regulam migravit: 390 οὔτι φέρει δεσμὸν βροτῷ.

Omnes hos poetas praeter Eudociam Augustam in caesura primaria tertiae sedis duobus verbis trochaico iambicoque antecedentibus vocabula spondiaca, auctoritate praecipue Nonni adductos anxie fugisse facile cognoscas ex hac tabula:

	Inveniuntur post duo verba trochaicum iambicumque praecedentia in caesura primaria tertiae sedis vocabula:			
in versibus	1. anapaestica	2. spondiaca	3. anapaestica una brevi syllaba aucta	4. palimbacchiaca
Tryphiodori	4	2	16	10
Colluthi	2	—	12	6
Musaei	3	—	10	4
Christodori	5	1	12	6
Johannis Gaz.	7	—	13	19
Pauli Silent.	8	2	38	23
Procli Lyc.	4	1	3	5
Maximi	1	1	7	9
Eudociae Aug.	9	8	8	5

Ab altera regula metrica (cf. p. 74), cuius etiamsi exempla satis pauca reperiuntur, ne unus quidem ex Nonni sectatoribus poeta discrepat; versus qui huc pertinent afferantur liceat:

Tryph. 429 ἀλλὰ χοροὶ καὶ μοῦσα
Colluth. 95 κεστὸν ἔχω καὶ κέντρον
„ 251 καλὸς ἔην καὶ κεῖνος
„ 161 ἔργα μόθων οὐκ οἶδα
„ 268 ἀλλὰ τεὴν οὐκ οἶδα
Mus. 146 ἔστι γάμος καὶ λέκτρα
„ 245 δεινὸς Ἔρως καὶ πόντος
„ 307 ἀλλὰ πόθος καὶ μοῖρα
Christod. 201 πένθος ἔχεις; μὴ δή σε

Anaphorae figura excusatur et explicatur Christod. 403
κεῖνος ἀνήρ, ὃς πᾶσιν ἔην φάος, ὃς βασιλῆος.
Ioh. Gaz. I 281 ταῦρον ὁμοῦ καὶ κῆτος.
Paul. Silent. Hag. Soph. 269 κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα imitatione

Nonniana excusatur; cf. Dion. X 427 δέκτο νέος τὰ πρῶτα ubi eodem versus loco occurrunt eadem vocabula τὰ πρῶτα (cf. p. 74); in ceteris accurate observavit regulam Paulus Silentiarius:

Hag. Soph. 271 δεινὸς ἀνὴρ καὶ κέντρον
„ „ 763 χρυσὸν ἅλις καὶ φαιδρά
„ „ 945 εὐθὺς ἄγεις, καὶ δεσμός
„ „ 1027 ἀλλὰ μένοις καὶ σκῆπτρον
Amb. 51 ἁβρὸς ἰδεῖν καὶ μᾶλλον
„ 58 λᾶας ἐείς· οὐ μήν.

In Procli Lycii hymnis nullus huius generis versus exstat, cum Eudocia Augusta praebeat omnino unum tantum versum qui legi repugnat:

I 214 θήσω ἐγώ, τήν πέρ τε.

Maximus philosophus denique regulam non observavit; occurrunt enim in eius carmine duo hexametri in quibus neglecta est:

391 οἴσει ἄλην τῇ καὶ τῇ
511 μηδὲ θέμεν κρῖ λευκόν

vv. 287 (μηδ' αὖτις) et 572 (οὐδ' αὐτός) propter elisionem in censum venire non possunt.

Quod pertinet ad tertiam regulam Nonnianam, qua si versus pars quae est ante caesuram semiternariam uno solo vocabulo continetur, in alterius pedis arsi nulla alia monosyllaba longa exstare debent nisi καὶ aut οὐ (μή), eam omnino non novisse videntur Musaeus, Christodorus, Iohannes Gazaeus, Proclus Lycius, ex quibus Christodorus et Iohannes Gazaeus singulos praebent versus contrarios:

Christod. 1 Δηίφοβος μὲν πρῶτος
Ioh. Gaz. I 337 φαιδρότερον τῆς πρόσθεν.

Musaeus et Proclus autem singulos quoque versus qui consentiunt cum regula:

Mus. 144 παρθενικαῖς οὐ Κύπρις
Procl. h. VII 35 τοσσάτιον καὶ τοῖον.

Apud ceteros poetas res ita se habet, ut praeter Paul. Silent. Amb. 48 ὑμέτερος γὰρ χῶρος in nullo alio versu regulam migraverint nisi ubi Nonnum ipsum imitati sint; huc pertinent:

Tryph. 558 ῥιγεδανῶς σὺν παισίν
„ 679 ληιδίας σὺν παισίν

cf. Non. Dion. XIX 84 (v. p. 77 diss.) Τριπτολέμῳ σὺν παιδὶ ubi eadem praepositio cum eodem verbo coniuncta invenitur. Paul. Silent. Amb. 99 ἀμφιθέει· πῇ μὲν γάρ, cf. Non. Dion. XLII 140 ἀνδροφόνοι; πῇ φρικτά (v. p. 77 diss.); accedit quod hic versus Pauli Silent. anaphorae figura explicatur, etiamsi iteratio voculae πῇ eodem in versu non exstat, sed sequitur in versu 101:

Amb. 99 ἀμφιθέει· πῇ μὲν γὰρ ἐπέρχεται εὐρέϊ χώρῳ
„ 100 ἀκροβαφὴς κροκέοιο πελιδνήεντος ἀώτῳ,
„ 101 πῇ δ' ὑπολεπτυνθεῖσα φαείνεται, . . .

Colluth. 306 ἀτρεκέως, ὦ ξεῖνε, cf. Non. Dion. III 439 ἀθανάτους ὁ ξεῖνος (v. p. 77 diss.).

Versus in quibus observata est regula sunt hi:

Tryph. 245 ὀσσόμενοι καὶ γῆρας
„ 292 ἐξερέω καὶ ταῦτα·
„ 395 κοπτομένη καὶ στέρνον
„ 22 μυρομένοις οὐ μοῦνον
„ 240 διζόμενοι, μή πού τις
„ 571 ταρβήσας, μή πού τι
Colluth. 160 ἡμετέρην καὶ σκῆπτρα
„ 242 κυσαμένη καὶ τοῦτον
„ 92 κοιρανίην, οὐκ ἔγχος
Paul. Sil. Hag. Soph. 228 ἠρεμέει καὶ Μῆδος
„ „ „ 363 μυστιπόλους καὶ βάθρα
„ „ „ 699 ἑσσάμενος καὶ σάρκα
„ Amb. 265 λαοτύπος καὶ τούσδε
„ Hag. Soph. 808 ἑσπερίην οὐ μῦθος
Eud. Aug. II 49 εἰλεῖται καὶ ὅσσα
„ „ 143 πεινάων καὶ σάρκας
„ „ 256 αἰτίζει καὶ πάνθ', ὅσα

Maximus philosophus denique suam quandam adhibet rationem admittens in hunc versus locum εἰ voculam quae quinquiens invenitur:

256 ῥηιδίως, εἴ πέρ τε
298 φράζεσθαι δ', εἴ κεν στυγερῷ
360 Χηλῆσιν δ' εἴ κεν σύ

375 Ὑδροχόῳ δ' εἴ κεν κεραήν
593 Αἰγόκερω δ' εἴ κεν κλυτά

Praeter versum 194 δυσπονέως γάρ μιν in ceteris omnibus hexametris observavit regulam; huc pertinent 11 versus:

29 δηθύνων, καὶ δηρόν
38 ἐσσεῖται, καὶ δ' ἄν κε
46 στειχέμεναι, καὶ δ' ἄν κε (= 58)
159 μοχθήσει, καὶ τ' ἐγγύς
303 δέξωνται, καὶ δ' ἄν κε
366 κρυπτόμενος· καὶ δ' ἄν κεν
499 δεικήλου, καὶ γὰρ τὸ πέλει
460 κατθέμεναι, καὶ λαρόν
495 Ἰκάριον, καί μιν
521 ἠδ' ἀγέλας, καὶ δ' ἄν κε.

Quartam regulam metricam quam sibi imposuit Nonnus omnes eius sectatores praeter Paulum Silentiarium, Eudociam Augustam, Maximum eadem cum severitate atque Nonnus ipse adhibuerunt; Paulus Silent. et Eudocia Augusta et Maximus eam binis in versibus neglexerunt:

Paul. Silent. Hag. Soph. 441 ἐς νότον, ὅς δὲ βορῆος
„ „ „ 460 ἐς κλίσιν, ἡ δὲ νότοιο,

qui versus excusatur anaphorae figura:

459 ἡ μὲν ἐπὶ ζεφύρου τρέπεται πτερόν, ἡ δὲ βορῆος
460 ἐς κλίσιν, ἡ δὲ νότοιο, ...

Eudoc. Aug. I 290 ταῦτα μαθὼν δὲ θεοῦ
„ II 203 θάμβος ἔχεν δέ με πάμπαν[1])
Max. 489 σπέρματα, καὶ δὲ φυτοῖσιν
„ 591 Σκορπίῳ. ἦν δέ γε Τοξότεω

Versus qui ex regula formati sunt iam afferuntur.

Tryph. 141 Ἰλιάδος δὲ λιπόντες
„ 264 λισσόμενος δὲ γέροντα
„ 272 ἔκτειναν δὲ καὶ αὐτόν
„ 321 τετρίγει δὲ κάλων
„ 340 Τρωιάδες δὲ γυναῖκες

1) huc quoque pertinet II 325 πολλὰ μάλ', οὐ δέ τι τῶνδε ubi scribendum videtur πολλὰ μάλ', οὐδέ τι τῶνδε.

Tryph. 350 ἀνδρομέῃ δὲ βοῇ
„ 503 ἡσυχίῃ δὲ πόλιν
„ 547 = 340
„ 600 οἰκτρότατοι δὲ γέροντες
„ 634 Αἰακίδης δὲ γέροντα
Colluth. 209 ἐκλύσθη δέ τε πόντος
Mus. 5 οἰχόμενον δὲ Λέανδρον
„ 120 ὀκναλέοις δὲ πόδεσσιν
„ 129 θηλείης δὲ Λέανδρος
„ 196 Λείανδρος δὲ πόθου
„ 319 αἰνοπαθὴς δὲ Λέανδρος
Christod. 69 Πιερικὴ δὲ μέλισσα
„ 82 Κλεινιάδην δὲ τέθηπα
„ 95 δεξιτερῇ δὲ κεραυνόν
„ 97 είστήκει δὲ Πλάτων
„ 148 ἠγασάμην δὲ Κρέουσαν
„ 215 Οἰνώνη δὲ χόλῳ
„ 222 αὐαλέῳ δὲ Δάρης
„ 225 Ἔντελλος δὲ Δάρητος
„ 248 δημογέρων δὲ νόημα
„ 265 εὐπετάλῳ δὲ κόμας
„ 342 = 69
„ 361 είστήκει δὲ Μένανδρος
Ioh. Gaz. I 287 κεκλιμένος δὲ γέρων
Paul. Silent. Hag. Soph. 317 ἠέλιος δὲ νότοιο
Procl. Lyc. I 8 ζωσάμενοι δὲ πλάνητες
„ I 32 ὑψιτενοῦς δὲ λάθοιντο
Eudoc. Aug. I 22 οἰκτείρας δὲ μάγος
„ I 102 μειδήσας δὲ μάγος
„ I 219 Κυπριανὸς δὲ λαβών
„ I 280 Ἀστέριος δέ τις ἦε
„ II 121 οὐχ ὅσιον δέ τ' ἐκεῖ
„ II 147 ἐμπορίην δέ θ' ὁμῶς
„ II 420 μαψίδιον δὲ μόνον
„ II 433 εἰ πτωχοὶ δὲ τόσα
Max. 190 πρηΰτατος δὲ πέλει
„ 484 εἰ φλογερῷ δὲ Λέοντι

Iam brevitur agendum erit de particulis μέν et γάρ hoc

versus loco positis. Nullum huius modi versum praebent Musaeus, Iohannes Gazaeus, Proclus Lycius, unum Paulus Silentiarius qui est

v. Hag. Soph. 494 εὐρυτέρη μὲν ἔνερθεν,

binos Colluthus et Eudocia Augusta:

Colluth. 206 κυανέη μὲν ὕπερθεν
„ 267 ἀγλαΐην μὲν ἔοικας
Eudoc. August. II 156 λεπταλέον μὲν ὅλον,
„ II 211 καὶ πινυτοὺς γὰρ ἔτευξεν.

Regulam diligenter secutus est Christodorus, cum ne unum quidem admiserit versum contrarium, sex autem qui cum ea congruunt:

20 σκεπτομένῳ μὲν ἔικτο
126 Σικελίη μὲν ἔφερβε,
219 Αἰδομένῳ μὲν ἔοικεν
348 = 20
363 πολλάων γὰρ ἔρωτας
374 δεξιτερὴν γὰρ ἀνέσχε.

In Tryphiodori et Maximi vero carminibus regula non valet; apud Tryphiodorum enim tres qui ex regula sunt formati versus occurrunt:

26 ἐς Τροίην μὲν ἔπεμψεν
56 ληιστὴ μὲν ἐοῦσα
337 ἀλλ' Ἥρη μὲν ἔλυσεν

quattuor autem qui ei repugnant:

51 καὶ Σκῦρον μὲν ἔβαινε
124 σπέσθε μοι· οὐ γὰρ ἔοικε
579 νήπιος, οὐ μὲν ἔμελλεν
640 σχέτλιος, ἧ μὲν ἔμελλε.

Maximus tribus in versibus secutus est regulam:

98 οἰκοσόον γάρ ἄκοιτιν
119 κουριδίην μὲν ἀεικές
130 πρωτογάμῳ μὲν ἄγει

in duobus neglexit:

196 τῆμος, δὴ γὰρ ἂν οὔ τι
524 Μήνης εὖ μὲν ἄροτρα.

Conspectus capitum.

Prior pars.

De regula quadam metrica in Alexandrinorum poetarum hexametris epicis observata.

Altera pars.

De quattuor regulis metricis Nonnianis.

Vita.

Natus sum Jacobus Arnolds d. IX Jan. anni 1887 in oppido Deutz, patre Antonio quem me morte matura amisisse magnopere doleo, matre Agnete e gente Wirtz. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum elementis imbutus inde ab anno 1899 per VIII annos et dimidium frequentavi gymnasium Coloniae-Ehrenfeld cui postea datum est nomen Schiller-Gymnasium; vere anni 1908 testimonio maturitatis instructus Bonnam me contuli, ubi per IV annos et dimidium studiis philologicis operam dedi. Docuerunt me viri doctissimi Brinkmann, Bülbring, Clemen, Dyroff, Elter, Enders, Frost, Heiss, Imelmann, Loeschcke, Lote, Marx, de Mess, Nissen †, Ohmann, Rein, Schneegans, Schreuer, Schulte, Solmsen †, Verweyen, Wentscher, Wiedemann, Wolff.

Proseminario interfui per II annos et dimidium; ad exercitationes linguae Francogallicae antiquae Heiss, metricas Marx, archaeologicas Loeschcke aditum mihi concesserunt; seminarii philosophi sodalis extraordinarius fui per VI menses; in seminarium philologicum Bonnense cuius sodalis per unum annum fui receptus sum benevolentia atque benignitate Augusti Brinkmann, Antonii Elter, Friderici Marx quibus viris humanissimis maximas ago gratias, praecipue autem Friderico Marx qui me in scribendo hoc opusculo magnopere adiuvit.

Examen rigorosum d. XI Decembri anni 1912 absolvi.

DATE DUE

OFFIC MAY 2 2 1988			

201-6503

Printed in USA

C28(239)M100

